

Pathol. spec.

1361

Mark. free. 780



Professant des h. Dr. Helbig  
an die Kön. Bibliothek  
zu Dresden

1837.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

HISTORIAM

CATARRHI EPIDEMICI

A. MDCCLXXXII

SISTENS

QVAM

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS  
AVCTORITATE ET CONSENSV

PRAESIDE

LAVRENTIO CRELLIO

MEDIC. ET PHILOS. DOCTORE

SERENISSIMO BRVNOV. ET LVNEB. DVCI A CONSILIIIS  
IN REBVS METALLICIS, MEDICINAE THEORET. ET  
MATER. MEDIC. PROFESSORE PVBL. ORDIN., A SERE-  
NISSIMO DVCE CONSTITVT. SOCIET. MEDICIN. EX-  
ERCENT. MEMBRO, ACADEM. CAESAR. LEOPOLD.-CA-  
ROL. NATUR. CVRIOS. ADIVNCTO, SOCIETAT. REG.  
FRANCOF. AD VIADR., AD INCREMENT. SCIENTIAR.  
DIRECTAE, ACADEM. ELECTOR. MOGVNT. SCIEN-  
TIARVM, QVAE ERFVRT. EST, ELECTOR. THEODORO-  
PALATINAE, SOCIET. BEROLIN. AMICORVM NATUR.  
SCRVTANT., ET LITERARIAE ATQVE PHILOS. EDI-  
NENS. SOCIO, ACADEM. REG. SCIENT. GÖTTING.

AD LITERAR. COMMERC. SODALI

ORDINIS MEDICORVM H. A. DECANO,

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS  
RITE IMPETRANDIS

DIE XXI OCTOBR. MDCCLXXXII

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

IO. FRIEDER. AVGVST. LANGVTH

ANHALTINO-COTHENIENSIS.

Helmslädii Typis Viduae Schnorrii Acad. Typ.

4177

6



SERENISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO  
DOMINO  
AVGVSTO CHRISTIANO  
FRIEDERICO  
PRINCIPI HAEREDI  
PRINCIPATVS ANHALTINI,  
DVCI SAXONIAE,  
ANGRIAE ET WESTPHALIAE,  
COMITI ASCANIAE,  
DOMINO DE BERENBURG  
ET ZERBST

*etc. etc.*

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO


WANCCE  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
IN  
DOCUMENTVM PUBLICVM  
INGENITAE PIETATIS  
ET OBSEQUII  
MAXIMA CVM VENERATIONE  
OFFERT ET DEDICAT

DEVOTISSIMVS  
ET OBEDIENTISSIMVS  
IO. FRIEDERICVS AVGVSTVS  
LANGVTH





DISSERTATIO  
HISTORIAM  
CATARRHI EPIDEMICI  
A. MDCCCLXXII  
SISTENS.



quid unquam omnium ho-  
minum oculos, mentisque  
aciem in se convertit et  
quasi figit, est sane illud  
morborum genus, quod  
maxima celeritate per vastissimas orbis  
nostri regiones se repandit, et omnes  
fere earum incolas, nullo habito discrimi-

A

mine



mine, corripit, nullique eorum licet sexu, aetate, vitae genere, valetudinis ratione maxime diversorum, parcit. Novum quidem huius eventum exemplum hisce nostris diebus se nobis exhibuit, cum morbus, e borealibus regionibus natales inducens, nostras quoque terras, celerrimo cursu per intermedias provincias progressus, inundaret, et vix sanum quemquam superesse fineret. Idem ille, tyrannide sua, cui quemvis subiicere minitabatur, sollicitas curas in unoquoque, cui sanitas vitaeque cordi erat, excitabat; inprimis vero medicorum, valetudini civium prospicientium, animos totos occupabat et sollicitabat; qui tandem artis salutaris auxiliis instructi, illum felicissimo eventu debellabant. Ego vero, e scholis optimorum praeceptorum vix egressus, nonnisi spectator huius morbi epidemici attentus fui, eaque omni cura ponderavi, quae hac de re vel audivi

divi

❧ ❧ ❧

divi, vel a cl. VIRIS publici iuris facta  
perlegi. Veniam itaque me impetra-  
turum esse certus confido, si de mor-  
bo nostro, specimen academicum edi-  
turus, verba facere audeam, ea inpri-  
mis spe fretus, ut, quicquid insit libello  
meo nimium leve, illi tamen pondus non  
exiguum accedat ex observationibus,  
quas ill. Praeses atque Praeceptor omni ho-  
noris cultu prosequendus, mecum ea, qua  
est benevolentia, communicavit, quae-  
que ex propria ipsius, et aliorum cel. VI-  
RORVM, qui cum eo commercium lit-  
terarum alunt, experientia hausta sunt.  
*Morbi itaque historia*, quoad illa mihi  
innotuit, praemissa, in eius *naturam*  
inquiram; qua una cum *symptomati-*  
*bus*, pro virium modulo, explica-  
ta, subiungam a cel. VIRIS exoptato  
cum *successu adhibitam medendi me-*  
*thodum.*

---

A 2

§. I.



## §. I.

*Morbi natales et progressus ad mensem  
usque Aprilem.*

**M**orbi nostri epidemici \*) incunabula, quoad licet, investigaturi, ducti auctoritate relationum publicarum, ea tandem invenimus Petropoli a), ubi mense huius anni Ianuario b) de improvviso enascebatur. Maxima erat ante haec tempora, eadem in metropoli, tempestatum vicissitudo, quum calor nempe celerrime cum frigore, hocce vero iterum

\*) Nomina, quae illi imponere solebant, erant *die Russische Krankheit*, oder *Laune*, *das Russ. Fieber*, *die Influenza*.

a) Conf. cel. WITTWERM über den jüngsten epidemischen *Catarrh*. S. 1. Nurnb. 1782. in *Politisches Journal* 2 Jahrgang St. V. M. May. p. 520. et omnes novas publicas.

b) Cf. ill. WEICKARD in *neuen Magazin* B. IV. St. III. p. 24. quod ab ill. BALDINGERO editur.: cel. WITTWER vero eius initia refert ad m. Febr. (loc. cit. p. 1.)

rum cum calore humido alternaret c).  
 Vix ortus morbus quam maxime saevie-  
 bat et fere nemini parcebat d); unoque  
 ex familia affecto, omnes illo protinus  
 corripiebantur. Integri militum mani-  
 puli, excubias agentes, uno die afficie-  
 bantur. In palatio imperiali et pluri-  
 bus principum domibus nullis locus e-  
 rat convivii, quia vix superesset ser-  
 vus, qui ministrare posset. Epidemia  
 nostra ultra, (ab initio vero paulo tar-  
 dius e) progressa, ad littora maris  
 baltici descendebat, nec ita multo post,  
 quam Petropolin invaserat f) (licet in  
 itinere suo usque ad regiones meridio-  
 nales quatuor menses consumeret g)  
 Gedanum, [ubi tres incolarum partes  
 prostraverat h) et quavis hebdomade

A 3

100

- c) Vid. cel. WITWER l. c. p. 34.
- d) Vid. ill. WEICKARD loc. cit.
- e) Cf. cel. WITWER l. c. p. 33.
- f) Cf. Politisches Journal loc. cit.
- g) Vid. WITWER l. c. p. 31.
- h) Vid. Wittenbergisches Wochenblatt zur



100 fere illorum necaverat †] Stralsundum, et Gryphiswaldiam, penetrabat. \*) Sedinum occupabat primis mensis Aprilis diebus, cuius finem versus una modo quarta militum praefidiariorum excubias agere valebat i). Berolinum eodem fere tempore visitabat ut et Postampium; mensaque eodem fere exacto ne unica quidem domus supererat, quae aegris non abundaret k). Lipsiae  
ad

*Aufnahme der Naturk. St. 21. p. 162.  
A. 1782.*

†) Cf. St. JAMES'S *Chronicle* N. 3322

\*) Giessae epidemia nostra iam lenta initia cepisse sub finem ult. Martii legimus in *Beschreibung der Epidemie; welche im Frühiabr 1782 in mehrern Gegenden von Europa geherrscht, und unter dem Namen der Russischen Krankheit bekannt geworden* p. 5. Giess. 1782. cuius auctor fertur esse cel. Medic. P. P. O. MÜLLERVM. Eodem fere tempore illam ortam esse *Zeulenrodae* in regione Variscorum, nobis refert cel. ACKERMANN in ill. BALDING. *N Magaz. St. V. S. 390.*

i) Vid. *Wittenb. Wochenblatt* l. c.

k) *Ibid. eod.*

ad diem fere 17. l) furere incipiebat. Magdeburgi, ubi versus Aprilis medium iam aderat m) eo tempore, quo maxime saeviret, aegrorum numerus 5000 superabat, inter quos 1000 militum semper affecti erant. Vitembergae medio circiter Aprili †), et Halberstadii circa diem 23 n). Ei. introitum faciebat, eodemque fere tempore in urbem quoque hanc nostram transibat; paulo post etiam Schönningam. ††) Brunsvigam \*) et Guelpherbytum invadens \*\*). Medium eiusdem mensis versus Ienae o) et Vinariae p) effectus suos edebat. Hanno-

A 4

ve-

- l) Vti asserunt cl. viri LUDWIGIUS et GAL-  
LISCHIVS in litteris ad ill. PRAES. datis.
- m) Vid. *Witt. Wochenbl.* uti etiam expert.  
BECKER, colleg. medic. Assessor, in  
litteris ad PRAES.
- †) *Witt. Wochenbl. l. c.*
- n) Teste ill. FRITZE in *litt.* ad PRAES.
- ††) Vid. *litt.* cel. DEHNE ad PRAES.
- \*) Vid. *litter.* cel. Medicor. Praef. ad PRAES.
- \*\*\*) Vid. *litt.* cel. TOPP, MÜLLER et MÜMEER  
ad PRAESIDEM.
- o) *Secund. litteras* cel. STARKII ad PRAES.
- p) In *litteris* ill. BUCHOLZII.

8

veram q) capiebat postremis mensis diebus; paulo post Hamelam r) et Göttingam. \*) In Dania per totum mensem grassabatur, et collegia virorum salutis publicae invigilantium Hafniae, confessus suos celebrare, membris plurimis morbo detentis, haud poterant; et familia regia initio Maii demum ex integro erat restituta, s)

## §. II.

### *Historia morbi m. Maio.*

Praegressis ventis maxime frigidis, euro, vulturno, et mense praepremis flantibus, Hamburgum sub huius mensis initium r), morbi vim experiebarur. Clausthaliam ille 8 Maii die intrabat, tantamque ibi stragem usque ad 27 ei. ede-

q) In litteris cel. MARCARDI ad PRAESIDEM.

r) Testibus el. VIRIS, medicinam ibidem exercentibus, MATTHAEI, MOLLER et WESTRUMB.

\*) Vid. litter. ill. MURRAY ad PRAES.

s) Cf. Hamb. Corresp. St. 74.

t) Ibid. St. 73.



edebat, ut folius cel. LENTINI auxili-  
um a 1448. aegris efflagitaretur u). Eo-  
dem circiter die Francofurti ad Moe-  
num observabatur x), et Norimber-  
gae y); Cassellas aggrediebatur die 17  
Maii z), Viennam Austriae d. circiter  
20 ei. a), Fuldam b) et Elberfeldam c)  
sub finem istius mensis. In toto hocce  
mense morbus in Lusatia, Bohemia et  
provinciis circumiacentibus d) grassa-

A 5

ba-

u) Cf. *neues Magazin f. Aerzte St. 3. p. 240.*

x) Vid. *Hamb. Corresp. St. 83.*

y) Cf. cel. WITTMER *l. c. p. 5.*

z) Teste ill. BALDINGERO in *litter. ad  
PRAES.*

a) Vid. *Hamb. Corresp. St. 91.* Omnibus fe-  
re comoedis correptis claudendum erat  
theatrum: tanta militum copia labora-  
bat, ut qui belli medicamentis firmandi  
fuiſſent, noſocomiis detinerentur. -- Ma-  
xime ſingulari videtur, licet malum no-  
ſtrum in tota regione Viennam late am-  
biente ſaeviret, tamen Laxenburgi nec  
unicam quidem perſonam ea correptam  
eſſe. *Hamb. Corr. St. 103.*

b) Teste ill. WEICKARDO *l. c.*

c) Cf. cel. NOSE in *litter. ad PRAESIDES*

d) Vid. *Hamb. Corresp. St. 89.*

batur. \*) Londini, praegresso d. 19 et 20 adeo vehementi frigore, ut erat in feriis natalitiis anni praeteriti, quin maiori, protinus fere exoriebantur febres catarrhales, coryza, tussis, ultra dimidiam incolarum prosterbens, e) quorum nonnulli vita defungebantur. Vtrumque amphitheatrum scenicum (d. 28.) claudebatur, quia comoedi, morbo impediti, officio suo fungi haud poterant. Istud frigus excipiebat (d. 28.) magnus calor ad 69° Thermom. Fahrenh. ascendens: d. 30 in praetorio nulae

\*) In novellis publicis legimus (*Hamb. Corresp. St. 91.*) Tolosae hoc mense epidemias fuisse eruptiones miliaris, quae multos aegros per 2 dies modo decumbentes, necaverint absque apparentibus petechiis, quorum e capite aperto multum sanguinis effluerit; eandemque epidemiam late vagatam esse, et usque ad Pezenas, quae urbs abhinc 24 milliaria distet; an illa cum nostra eiusdem indolis sit, et modo aliam formam assumerit, non plane liquet.

e) *V. Hamb. Corr. St. 90. et litt. ad PRAES. ill. KIRWANI, qui ipse, et magis adhuc celeberrimus CRAWFORDVS, de vita periclitarentur.*

lae agi caussae poterant, absentibus ob  
 malum epidemicum earum patronis f).  
 Eodem hoc mense morbus quoque  
 quam maxime in universa Hollandia  
 saevire incipiebat; Amstelodami inpri-  
 mis 28 ei., calido austro fiante, tres quar-  
 tae incolarum subito tussi et catarrho  
 afficiebantur. g) Stockholmiae etiam \*)  
 et in toto Suecia eodem mense saeviebat.

### §. III.

*Historia m. Iunio.*

Gibraltariae iam vergente Maio, ma-  
 gis adhuc ineunte Iunio, morbus noster  
 milites praesidiarios, miti quidem ad-  
 modum ratione invasit \*\*); at enim vero,  
 omni partium studio seposito, exerci-  
 tui, urbem obsidione cingenti, neque  
 pepercit. In portu magno (*Portsmouth*),  
 sub initium huius mensis, cuius tempe-  
 stas adhuc maxime inconstans et inpri-  
 mis

f) Cf. *St. James's Chronicle* N. 3213.

g) *Hamb. Corresp.* St. 100.

\*) Vid. *litter.* III. MURRAY ad PRAED.

\*\*\*) *Iam. Chronid.* N. 3322.



mis pluviosa erat, epidemiae saevitiam  
 non solum incolae, sed praecipue clas-  
 sis in portu contenta experiebantur. h)  
 Eadem est historia classis Belgicae Te-  
 xeliae commorantis; quae et ipsa, quo-  
 minus e portu solveretur, morbo impe-  
 diebatur i): 3000 enim millia aegrorum  
 continebat \*). Bruxellis eodem fere  
 tempore maxima civium pars morbo  
 nostro corripiebatur, quorum nonnulli  
 vitam cum morte commutabant. k) In  
 urbe, a Sancta Maria dominata, in in-  
 sula Sillina, idem fatum plures ex  
 morbo nostro experiebantur. l) Dubli-  
 ni tanta erat morbi dominatio, ut 700  
 milites e duabus legionibus prosterne-  
 rentur. m) Ad portum urbis Dolae  
 classis, praefecto *Ioanne Ross* appellere,  
 mor-

h) *Hamb. Corresp. St. 100.*

i) *Ibid. st. 94. it. Poliv. Journ. St. 5. p. 590.*

\*) *Ib. eod. neue Hamb. Zeit. St. 104.*

k) *Cf. St. James's Chron. N. 3321.*

l) *Ibid. eod.*

m) *Ibid. eod.*



morbo cogebatur, quia vix superessent, qui navibus regundis sufficerent, cum in unica iam 400 et amplius aegri invenirentur, et nosocomia iis continendis non paria essent. n) Burdigalae d. 10 ei., in militibus, in Indiam occidentalem transvehendis, ille sese manifestans, plures ex iis necabat; nec benignior videbatur in insula Caesarea. o) Eboraci, mensis medio adveniens, variam speciem assumebat, quum nonnullis facies tumefieret, alii angina, alii tussi dolorifica, plures nausea, et prostrato ciborum appetitu laborarent; aliis caput velut stupidum et valde dolens erat; tandem nonnulli febre valida, ratione frigoris intermittenti non ab simili, detinebantur. Amstelodami tanta erat eius ferocia, ut intra dies 9 et 15 ei., 348 aegri eo trucidarentur. p) Brun-

n) *Ibid. eod.*

o) *Cf. James's Chronol. N. 3321.*

†) *Ibid. eod.*

p) *Hamb. neue Zeit., Beilage zu St. 100.*



Brunnae die circiter 10 eiusd. morbus  
 noster, suctis symptomatibus stipatus,  
 invaluit q). Eodem vero tempore in  
 Scotia sese repandit, ita ut Edinburgi  
 summae curiae negotia, eiusdem assef-  
 foribus pluribus decumbentibus, dif-  
 ferrentur (res fere inaudita!) per plu-  
 res dies r). Parisios iisdem fere die-  
 bus, non sine insigni in multos ferocia  
 corripuit, ita ut intra 14 dierum spa-  
 tium 200 milites et amplius eo nece-  
 rentur s). Brestiam quoque invasit,  
 nec classi portum occupanti pepercit,  
 ita ut plus quam dimidia pars nautico-  
 rum aegrotarent t). Dorycephali  
 (*Spithead*) et St. Helenae, atque in il-  
 larum urbium portibus, navium copia  
 repletis, ille quidem solito more fae-  
 viit; sed vix ulli vitam eripuit u): e  
 contrario vero nusquam atrocior fuit,  
 quam

q) *Hamb. Corresp. St. 99.*

r) *James's Chron. N. 3322.*

s) *Ibid. N. 3323.*

t) *Hamb. Corresp. St. 100.*

u) *Jam. Chron. N. 3323.*



quam in vico *Lydd*, in vicinia Cantuar-  
riae, 14 aegris intra decem dies ex-  
stinctis x). Nec minorem crudelitatem  
exercuit Coloniae, in eos inprimis, qui  
admisso refrigerio in illum relabeban-  
tur, quosque tunc ut plurimum inter-  
fecit; hac ratione ab 8. 18 Jun. quoti-  
die 12-20 aegri terrae mandaban-  
tur. y)

#### §. IV.

##### *Historiae progressus conclusio.*

Sub initium m. Augusti Vlyssiponae,  
vigente ibi tempestate quam maxime  
calida, morbus noster tandem quoque  
allapsus est, civium et adiacentis regio-  
nis incolarum magnam copiam proster-  
nens z). Nec tandem mihi videtur  
praetereundus rumor, qui e Poloniae  
finibus percrebuit, eandem, de qua ha-  
tenus

x) *Ibid. eod.*

y) Cf. *Leipz. Zeit. St. 129.*

z) Cf. *Braunschw. Nachricht. v. polit. u. ge-  
lehrt. Sachen St. 147.*



Aenus locuti sumus, epidemiam de novo in Russia grassari, et nunc multo atrocio-  
 rem et letiferam deprehendi a): sed falsum illum esse non sine ratione  
 censeo, quia *forte fortuna* nihil hac de re amplius compertum sit. --- Habetis  
 itaque L. B. hic sciagraphiam quandam progressus epidemiae, Petropoli ortae,  
 ad litora maris Baltici descendens, et in Polonia, Livonia, Dania et Suecia saevi-  
 entis; quae tandem mense Aprili, Maio et Junio universam Germaniam a Via-  
 dro ad Rhenum, ab Albi ad Danubium usque pervagabatur, eodemque tem-  
 pore Hollandiam infestabat, et inde in Angliam et Galliam, tandem etiam in  
 Lusitaniam migrabat. Morbo nostro celerius pestis ipsa homines non corri-  
 pit, nec totas, in quas successive progreditur, occupat provincias: quos au-  
 tem ille tenet, rarissime trucidat. **Mi-  
 ra** sane est maxima similitudo essentiali-  
 um

a) Vid. Leipz. Zeit. *ibid.*



um illius symptomatum, quae sub quibusvis, licet distantibus valde, coeli plagis homines exercebant; similique eam ob rem medendi methodo facile fati cedebant. Quae cum ita sint, non licet diversas valde morbi ordines constituere, quum utplurimum non nisi gradu maiori vel minori inter se differret b), aut rarius absque febre comire esset; aut tandem insolentia symptomata, ex aliis causis orta et cum illo sociata, diversam illi speciem induere viderentur. Quas itaque epidemiae variationes, quantum licet, seiungamus, illasque ordine quodam separatim describamus; praeceduntibus cl. cl. VIRIS, qui easdem omni studio adhibito observaverunt: quorum ordinem ducat cel. WITWERVS, qui primus fere morbum nostrum eruditae disquisitioni submitit.

B

§. V.

b) Cf. WITWER l. c. p. 7.



## §. V.

*Morbi symptomata maxime familiaria.*

Tempestatis ratio in toto hocce tempore Norimbergae fere una eademque erat: humida scilicet et minus frigida cum sicca et valde frigida celerrime alternabat, ita quidem ut hae vicissitudines uno die, quin una nocte, acciderent: attamen dierum humidorum et pro ratione calidorum maior numerus erat quam frigidorum, siccorumque: sicut etiam favonius et africanus per maius temporis spatium regnabant, quam boreas et meses. In plurimis morbi praecursores erant vertiginosa capitis obnubilatio, dolor transverse super oculis haerens, universalis quaedam virium defectio, ingratum in dorso membrisque sensum excitans, quasi illa, praecipue pedes, subtusa essent; quibus dolorificae in suris tensiones accedebant. Ingruebant cum hisce, aut  
 itas



statim illa subsequerantur horripilationes, calores volatici vespeream versus imprimis frequentes, tussis sicca, vel coryza vehementi sternutatione se prodegens, quae quoque tussim saepius comitem habebat; nec semper deficiebant raucitas et affectus anginoidei. Quibus in multis accedebant facies rubra, tumida, vel flavida cum rubore genarum circumscripto; oculi protrusi vel collapsi et quasi vitrei; pustulae ad nasum vel os; appetitus vel paene deficiens, vel imminutus, aut quoque, sed nonnisi in paucis, adauctus; sapor depravatus, amarus, os siccum absque magna siti; punctiones in pectore acriores remissioresque saeviente tussi, quae interdum in pleuritidem veram transiisse dicuntur, quaeque in aliis sputum sanguinolentum reddebant; sensus pressionis in cordis scrobiculo; nausea; alvus adstricta, raro laxa; manus calidi sicci saepius iterum frigidi. Noctes

B 2

erant



erant inquietae, levisque somnus phan-  
 tasmatis turbatus: pulsus mollis,  
 plus minus plenus, celer in primis ve-  
 speram versus: urina clara, valde pal-  
 lida raro saturata, nubeculis postea  
 conspicua, numquam verum sedimen-  
 tum dimittens: linguae inhaerebat cru-  
 sta alba in pallidum vergens. Quae  
 vero omnia per duo, tres, quatuorve  
 dies sic sese habebant, et sive subito,  
 sive pedetentim disparebant, aut bre-  
 viori vel longiori intercapedine iterum  
 recurrebant. Tussis vero molestiae aut  
 adhuc perstabant, aut dispulsis iam ca-  
 pitis et artuum affectibus, illa primum  
 ingruebat, et 3-5 diebus post, prae-  
 gresso cocto sputo, abibat.

### §. VI.

*Symptomata morbi subito inva-  
 dentis.*

Alia erat in multis rerum conditio,  
 qui quidem sani prorsus sibi visi, subi-

to ut plurimum vesperam versus, interdum etiam tempore matutino, corripiebantur frigore conquassante, cui saepe comites erant excretiones aut per vomitum vehementem aut deiectiones fluidas alvinas: quasque sequebatur calor urens, dolor capitis fere intolerabilis, et levis somnus deliriis stipatus; totusque morbi impetus defervebat prodeunte sudore copioso, superstite aut modo oriente tussi. Interdum vero secundo et tertio die vespere frigus calorque, eademque fere symptomata, minori gradu recurrebant: pulsus autem, urinae et linguae eadem erat, quae §. V. descripta, conditio.

### §. VII.

#### *Symptomata morbi levissima.*

Quibusdam, licet paucissimis, turbae a morbo nostro excitatae solummodo sese manifestabant dolore capitis

B 3

obtu

obrufo, aut lassitudine quadam, quam insequeretur levis coryza aut tussis, qua superata sanitas quoque redibat: illique praecursores saepe etiam protinus fugabantur usu aëris liberi, motuque corporis; aut coryza mox abibat, procedente copiosiori transpiratione, aut urinae secretione.

### §. VIII.

#### *Morbi conditio in infantibus.*

Quam nunc descripsimus, erat morbi facies in adultis: infantibus autem deprehendebatur similis rerum status, ut §. VI. delineatus: perceler nempe erat istius accessus, calor fortis interdum per plures dies non cedens; quibus saepe accedebat epistaxis, saepius adhuc somnolentia. Illi vero non omnes eadem vehementia corripiebantur; sed eorum quidam eundem mitem patiebantur morbum, de quo §. VII. loquuti sumus.

### §. IX.

§. IX.

*Morbi conditio in senibus.*

*Senibus* autem haec nostra epidemia  
 singulare portendebat periculum, qui  
 quidem maxima afficiebantur virium  
 debilitate, febreque consumebantur  
 lenta vespertina, quae ingruerat cum  
 levi modo frigore, vix frigescentibus  
 extremitatibus sese prodente; ast calor  
 subsequens eiusdem erat vigoris, ut  
 deliria excitaret, pulsusque erat inter-  
 mittens inaequalis.

§. X.

*Affectus a praegressis morbis pendentes.*

Variam maxime assumebat etiam  
 morbus noster formam, inductam a  
 singulari corporis dispositione, quam,  
 quae antea fuerant, valetudines adver-  
 sae procreaverant; quo factum, ut ea  
 loca imprimis afficerentur, quibus debi-  
 litas quaedam superstes esset. Qua qui-  
 dem hic vel illic praeponderante, nunc

B 4

haec



haemorrhoides tumentes oriebantur, nunc dolores rheumatici topici: vel oculi vario morborum genere tenebantur; vel pectus spasmis vexabatur, vel intestinorum dolor colicus saeviebat. Quae varia quidem symptomata, illis morbi nostri genio accommodatis, sese aut associabant, aut absque hisce ab eadem vero causa inducta, persistebant. \*)

## §. XI.

\*) Eiusmodi observationem in uxore sua institutam tradit nobis cel. WITWER (l. c. p. 12.); quae quidem, a 14 diebus puerpera, bona rebus circumstantibus valetudine vivebatur; ad cephalicam, et oris amaritudinem altero die subsequerentur subiti vehementesque abdominis dolores, e dorso transverse super toto ventre, qui tangi se haud patiebatur, se extendentes, omnemque motum impediennes; vomitus pituitosus, cardialgia. Quarto die accedebat fortior sternutatio, cum tussi convulsiva, et coryza: quae omnia sexto die fere iterum disparebant: superflite vero adhuc per 14 dies tussi profunda cum tenacibus sputis iuncta, quae excitato spontaneo, remediis de-

mmmm



## §. XI.

*Epidemiae cum aliis morbis complicatio.*

Quodsi epidemia nostra constitutioni morbosae, antea iam regnanti sese associarat; graviora videbantur omnia. Si nimirum feбри tertianae iungeretur; paroxysmus summa vehementia (§. VI. descripta) ingruebat, calore furorem ipsum deliriosum excitante. Diebus alias intercalaribus paroxysmi mitiores erant, absque tussis aut coryzae vestigiis. Quarto novus frigoris, membra concutientis, accessus, qui tertianae legitimae initium erat; qua remediis congruis fugata, novus oriebatur paroxysmus calore, absque frigore, capitis, interdum dentium dolore conspicuus; quem subsequabatur tussis fortis, sicca clangosa, paucis diebus remediis adhibitis cedens, finemque imponens morbo epidemico, quem febris

B 5

in-

mum adiuto, vomitu pituitoso et bilioso evanescebat.



intermittens in cursu suo interrumpere-  
rat. Interdum ille in hanc definebat.  
Pedissequa illi quoque nonnum-  
quam erat febris rheumatica pertinax,  
quae quoque non raro typum tertiana-  
nae servabat.

## §. XII.

*Morbus a cel. MÜLLERO descriptus.*

Praecipua, quae scripti Giessae edi-  
ti AUCTOR, cel. MÜLLER d), habet,  
haec sunt. Sub initium epidemiae pau-  
ci afficiebantur, atque imprimis illi,  
qui corpore praediti erant debili spon-  
gioso, infirmisque pulmonibus, atque  
morbis catarrhalibus assueti: nec minus  
iracundi, et valde sensiles; ut et illi,  
quibus a pituita et cruditatibus primae  
viae turgebant. Deinde infestus erat  
morbus non tam ex plebe oriundis,  
quam ditioribus, honoratioribusque,  
qui aërem eiusque vicissitudines studio

evi-

d) *Loc. cit. p. 5.*

evitabant, et alimentorum genere exquisitiori, imprimis farinosis, pinguibus, bellariisque utebantur. Tandem omnes prosternebantur; diutius autem stragi resistebant, qui laborioso vitae generi, perspirationem sustentanti, semper dediti erant, et refrigerationem calidis vestibus arcebant. Gravidae imprimis vehementioribus tenebantur symptomatibus, quae abortum minitabantur; qui vero non nisi in maxime debilibus locum habebat, et quasdam morti tradebat. Idem fatum expectabat plurimos phthificos, et omnes febre lenta aut hectica laborantes. Infantes maxime tenelli soli erant, qui interdum a morbo liberi manebant; aut ad minimum eum mitissimum experiebantur.

### §. XIII.

*Continuatio descriptionis cl. MÜLLER:*

Consueti morbi symptomata haec erant. Primum advenientis morbi nuntium

rum



tii erant insolita lassitudo gravitasque  
 pedum, refrigerii sensus saepe recur-  
 rens, appetitus ciborum deficiens, cum  
 sensatione in ventriculo, quasi penitus  
 repletus esset: insolita mucii in ore et  
 collo copia, nausea et interdum ipse  
 mucii vomitus. In quibusdam aderat  
 oris amarities, lingua non valde arida  
 biliosis obiecta, ructus amari, somnus  
 turbatus. Die secundo accedebant ca-  
 pitis dolor, tensio et tractatio in omni-  
 bus membris, sensus ingratus in regio-  
 ne lumbali, raucitas, lingua arida, vo-  
 mitusque, in pluribus levans. Die ter-  
 tio horror frigusque per horam saepe  
 aegrum exercebat, calorisque subse-  
 quentis comes erat tussis, in quibus-  
 dam vehemens et sicca, cum dolori-  
 bus pectoris, quin ipso sputo fan-  
 guineo iuncta: plurimi titillationem  
 in pulmonibus experiebantur; in a-  
 liis tussis minor erat vehementia cum  
 subsequente sputo pituitoso: caput ob-

nubilum, in fronte tensio vehemens oculi turbidi, in quibusdam rubri, aqua pleni; quin interdum adeo sensibiles, ut absque forti dolore lucem diurnam ferre haud valerent: nasus obstructus, os aridum, saepe aphthis in biliosis tectum. In aliis ex naso copiosum effluebat serum adeo acre, ut omnia excoriaret, illumque vere inflammaret. Sufurrus et tinnitus aurium erat perpetuus fere, nonnisi per pauca minuta cessans: pulsus celer, admodum plenus, interdum durus, plurimum mollis; cutis nunc valde calens nunc parum; sitis vehemens; membra velut subtusa. Quidam alienata mente loquebantur; pauci vehementius delirabant: in aliis dormitationi interruptae iunctum erat delirium; quod quidem symptoma infaustum, nec diu nec valde tenebat aegros, quibus tunc extremitates cum pulsu irregulari frigescebant.

§. XIV.



## §. XIV.

*Descriptionis MÜLLER. continuatio.*

Plures, imprimis gravidæ alvo obstructa laborabant, cui se sociabant dolores et inflatio abdominis cum spas-  
mis: qui e contrario diarrhoeam levio-  
rem patiebantur in primis diebus, acris  
excoriantia emittentem; levio-rem ex-  
periebantur morbum. Plurimi multam  
excernebant urinam aquosam; quidam  
modo paucam, saturatam, in quibus  
nubeculae flavæ aut rubellæ erant  
conspiciuæ. Die quarto vel quinto ve-  
hementissimus ut plurimum erat paro-  
xysmus vespertinus; omnia erant ex-  
acerbata; somnus aut plane deficiebat,  
aut erat interruptus, hæud reficiens: mul-  
ti sentiebant orthopnoeam, ex gravi  
compressione pectoris et anxietate ori-  
undam; eratque continuus ad meien-  
dum stimulus. Ad lucem decrescente  
impetus vehementia; somnus accede-  
bat

bat maxime reficiens, quo sudor erumpebat copiosus in toto corpore, qui erat acris, odorisque acidi: urina gravi foetidoque odore praedita erat, ex quo descendebat sedimentum limosum aut rubellum. Quidam, iique robusti in hocce paroxystmo narium haemorrhagiam patiebantur, graviores affectus lenientem. Tussis nunc erat humida, nec amplius adeo debilitans: sputumque copiosum aut tenue aut crassius, (idque melius) observabatur. Quae in nonnullis prorumpabant pustulae aut crustae circa os, nasumque, criticae haud videbantur; sed effectae a sero acri naribus exstillato. Quo quidem in statu, si nulla vitia in regimine, cibis et potu nimis frigido committebantur; vespersam versus levem modo, brevemque paroxysmum patiebantur, quem subsequens somnus cum sudore copioso universali, et urina sedimentum deponente, solvebat. Diebus aliquot

quod



quot post omnia placata erant; ne quidem magna virium imbecillitate superstitere, sudor modo per noctes aliquot somnum comitabat. Interim tussis parva sicca, et dolor pectoris obtusus adhuc aliquamdiu aegros vexabat.

### §. XV.

*Continuatio MÜLLER descriptionis.*

Si vero morbo ad hoc stadium perducto, transpirationis negotium supprimeretur, vel partium refrigeratio, potus spirituosus, vel medicamina adstringentia admitterentur, in pluribus praecipue robustis, oriebantur verae pleuritides, vel peripneumoniae. Praecedente enim vehementi atque per horas continuante frigore, adveniebant calor fortis, magnus dolor punctorius, gravis anxietas tussisque cum spuito sanguineo; genae intense rubrae, oculi lacrymantes rubrique, varii capitis affectus, praecipue sopor. Pulsus  
erat



erat parvus, interdum intermittens: quae vero omnia per 7-9 dies durabant, et prodeuntibus sudore et sputo crassiori puriformi evanescebant. Qui quidem valerudinis epidemicae transitus in morbos inflammatorios per se haud valde communis erat: ii enim, qui habitu corporis spongioso, sanguine tenui et aquoso, et in genere debilibus solidis praediti erant, morbumque plus iusto neglexerant, tussim modo adauctam parvam siccam et dolorificam, maioremque valde debilitatem experiebantur; caput denuo erat maxime obnubilum, oculique iterum affecti; calores volatici quovis fere momento aegros afficiebant; genae erant rubrae, extremitates frigidae; quibus saepius se fociabant vehementes abdominis tumidi dolores spasmi, quae vero symptomata non raro sudore prorumpente copioso iterum abibant; vel diarrhoea spontanea valde imminuebant.

C

ban-

bantur; quae si nimia erat, vel excreta spumosa, et tenesmus vexabat; cautionem desiderabat. Morbo profligato appetitus ciborum in plurimis maxime vigebat; in aliis vero, ob pituitam ventriculum onerantem, prorsus aberat. Tussis siccae decessus integer non certo termino circumscriptus erat; sed ab aëris tempestate, calore, vestibus, vitae genere pendeat.

### §. XVI.

*Morbus a cl. MUMSENIO descriptus.*

Morbi nostri epidemici historia, a cl. medico Hamburgensi (D. MUMSENIO iuniore, uti perhibent) adumbrata e), sequentia continet. Aegri scilicet expositi venti frigidi vehementiae, mox sentiebant magnam lassitudinem, osci-

e) *Kurze Nachricht von der epidemischen Schnupfenkrankheit, mit der Beschaffenheit der Luft 1781 und 1782. von einem Arzte dieser Stadt. Hamburg 1782. bey B. G. HOFMANN.*

tationem, ardores volaticos faciei, calorem oculorum, cephalalgiam; tensiones in nucha et dorso, dolores artuum rheumaticis similes, spasmos in suris, pedumque plantis; quidam angina corripiebantur; plurimi in pectore sentiebant ictus aut velut scissuras dolorificas, mox iterum transeuntes. Pulsus erat febrilis, cutis arida, (excepta illa in planta pedis) horror cum calore alternans, raucitas, tussis clangosa. In multis, in primis iis, qui convenienti regimine uti poterant, in quibusdam vero quoque, qui adverso vento se exponebant, hae molestiae die 2<sup>o</sup>-3<sup>o</sup>, adhibitis lenibus remediis, quin etiam absque iis, abibant, ut ut graves in principio viderentur. Alii vero, qui inspirationem mesis valde frigidi passi, vel laboribus calefacti erant, vel saepe calida conclavia cum frigidis humidioribusque permutaverant, gravius et diutius afficiebantur. Eadem erat condi-

C 2

tio



tio horum, qui visceribus labefactatis, aut primarum viarum impuritate laborabant; maiori enim calore torrebantur; bilemque et pituitam vomebant; pectoris dolores vehementiores et magis constantes erant, tussisque convulsiva sanguinem cum pituita expellens: caput obnubilum, lingua faucesque siccae; urinae sedimentum lateritium; et morbi, iam superari, recursibus aegri erant obnoxii; viriumque et velut animi prostrationem, qui in omnibus aderat, sentiebant maiorem.

### §. XVII.

*Continuatio M V M S E N. descriptionis.*

Morbi mox latissime grassantis neminique parcentis impetus initio Maii africo flante, maior videbatur; qui enim vento frigido restiterant, a calidiori tempestate nunc quoque et fere vehementius afficiebantur. Morbus quidem per totum huius mensis decursum,

sum, cuius ratio maxime mutabilis erat, saeviebat, et in reconvalescentibus recidivas procreabat, quae saepe pleuriticis aut anginoideis, aut rheumaticis affectibus similes erant.

### §. XVIII.

*Epidemia Vitembergae grassans f)*

Morbus hicce epidemicus, minime vero contagiosus, ingruerat frigore, (cui in quibusdam praecesserant insolita lassitudo et gravitas in pedibus:) illudque sequebantur vehemens cephalaea, interdum hemicrania, calor continuus cum pulsu celere; sitis, ciborum appetitus deficiens, quin nausea et vomitus pituitae tenacis; anxietas et dolor in praecordiis, tussis sicca molesta: quae omnia, ad lucem decrescencia, vesperam versus iterum exacerbantur. Morbis acutis et chronicis affectis, minime parcebat noster, sed il-

C 3

los

f) Cf. *Wittenbergisches Wochenblatt* St. 21.

los reddebat atrociores. Ita e. g. pri-  
 mus in aegrum, haemorrhoidibus coe-  
 cis laborantem, impetus excitabat ani-  
 mi deliquium, postea vero universales  
 motus epilepticos, quibus vigentibus  
 ille abdomen incurvabat, eique manus  
 semper applicabat, indicio, morbi ma-  
 teriam visceribus inhaerere. Celerrima  
 nostri affectus solutio erat sudor,  
 regimine et remediis convenientibus  
 expressus; praeter eum copiosum e na-  
 ribus stillicidium, aut expectoratio lar-  
 ga. In nonnullis eveniebant diar-  
 rhoeae spontaneae blandae, vel epista-  
 xis, vel mensium praesentium largior  
 fluxus: et sub epidemiae finem miliaria  
 rubra et alba. Omnibus vero hisce cri-  
 sibus deficientibus, aut suppressis, mor-  
 bus valde protrahebatur, aut iam sup-  
 pressus, recurrebat. Pessima eorum e-  
 rat conditio, quibus morbi materia vel  
 ad pulmones vel ad cerebrum defere-  
 batur: in illo casu oriebantur anxietate-  
 res

tes melancholicæ, et dispositio ad affectus inflammatorios; in hoc mania et amentia, vel sensuum et linguae officia sua omnia peragendi impotentia; cuius unus vel alter casus in mortem terminabat. Tussis molestissima interdum abortum movebat.

§. XIX.

*Morbus ab ill. WEICKARDO observatus. g)*

Fuldae hac ratione, teste ill. WEICKARDO incedebat morbus, aegros non eadem omnes vehementia aggrediens: in quibus enim maxima erat, illi sentiebant horrorem, frigus caloremque febrilem; dolores vagos in omnibus artubus, praecipue in capite; somnolentiam, quum tamen destituerentur ipso somno; anginam, affectus pectoris dolorificos, coryzam, tussim et appetitum ciborum deficientem. A-

C 4

lios,

g) *Notes Magazin loc. cit.*



lios, praeprimis infantes, affectus no-  
ster invadebat vomitu bilis viridis; quo  
facto vehementissima cephalaea proti-  
nus, et totus ille velocius, abibat. Nec  
plane quoque deerant sedes virides.

### §. XX.

*Morbus a cel. ACKERMANN descriptus h)*  
*inflammationes.*

Totus epidemiae, quae  $\frac{1}{2}$  adu-  
rum invadebat, (infantes enim, pro ra-  
tione rarius affligebantur;) decursus in  
*tria stadia* dispeSCI cel. VIRO videbatur:  
in primo peripneumoniae, in secundo fe-  
brium catarrhalium speciem, quae ma-  
xime consueta erat, assumebat: in ter-  
tio, hanc ultimam quidem non penitus  
deponens, noster mutationem tamen a  
fomite bilioso adiuncto patiebatur, ita  
ut in ultima illius periodo febres catar-  
rhales purae raro observarentur. *Peri-  
pneumonia* afficiebantur ii solum, qui  
variis

h) *Neues Magazin 5 Band St. 5. p. 385.*



variis ex rationibus infirma valetudine utebantur; interque hos feminae imprimis, quae menstrua amplius ob senium non patiebantur, aut quibus alia ex causa deficiebant, uti etiam gravidae; inflammatione dissipata remanebant per 14 adhuc fere dies tussis, praecordiorum anxietas, eorumque transeuntes dolores, et imminutus ciborum appetitus. Vigente illa nec cephalalgia, nec lingua impura, nec nausea vel vomitus nec diarrhoea (ad minimum non levans,) aderant: urina vero erat saurante rubra, sudor sub finem copiosus; orthopnoea aliaque symptomata gravia, rara. \*)

C 5 §. XXI.

\*) Indolem morbi nostri inflammatoriam bilioso - rheumaticam, m. Februar. Oldenburgi et in vicinia apparentem uberius describit cl. GRAMBERG, in *Hannov. Magazin* A. 1782. St. 41-43.



## §. XXI.

*Continuat. ei. argument. catarrhi.*

Medio Martio usque ad Aprilem frequentissimae erant febres catarrhales, quae cuiuscunque generis adultos afficiebant frigore dolore capitis obnubil<sup>i</sup> vehementi et vertiginoso; sternutatione frequenti absque evacuatione, prostratione virium, calore admodum vehementi arido; tussique molestissima, rauca ad eo concutiente, ut sanguinem pulmonibus sputaque extruderet, quae sub initium tenuia, spumosa alba erant, finem vero versus, primis viis evacuatis stagnante in pulmone materia resoluta, transpiratione restituta, febre imminuta, evadebant crassiora, flavida, rotunda, et facile eiicienda: atque sub hisce tandem, elaptis & ut plurimum diebus, redibat sanitas. Contraria erat fors eorum, qui, spreto praescripto regimine, adhibitisque rebus calefacientibus, omnia symptomata

atro-

atrociora et magis pertinacia experiebantur, quae phthisin (inprimis si illi ad eam erant dispositi) minitabantur; qua vero iam antea praesente, periculofior, quin letifera reddebatur. A concutiente quoque hac tussi excitabatur in nonnullis abortus; quo facto is protinus absque omnibus remediis sopiebatur. --- Rari nunc erant affectus inflammatorii: a febre vero catarrhali aegri, convenienti adhibito regimine, lecto aut plane non aut per aliquot modo dies tenebantur: lento tamen gressu redibat integra sanitas. -- Anceps adhuc, immo nonnumquam letalis in pluribus observabatur affectus, ab eodem origine scaturiens; catarrhus nimirum suffocativus, de improvise ingruens, nunc in febrem catarrhalem transiens, cuiusque ille primus insultus erat; nunc incerta periodo interdum per mensis spatium saepius absque causa conspicua recurrens.

§. XXII.

## §. XXII.

*Continuat. ei, argument. --- catarrhi biliosi.*

In aegris §. XXI. descriptis, fomitis biliosi iam erant indicia; febris nimirum indoles, cephalaea, linguae conditio, os amarum, nausea, et levamen a vomitu spontaneo, vel excitato perceptum; et versa vice prorogatus ab interdicto vomitu morbus: interim vero multo luculentiora vergente Aprili erant illius signa, materiae catarrhalis vim multum praeponderantis. Nunc enim aderant dolores capitis intolerabiles, vertigo, rubor oculorum et faciei fere erysipelaceus: valida ciborum, animalium praecipue, averfario, os amarum, nausea, quin ipse vomitus. Bile in primis 24 horis non evacuata, subsequabantur, praegresso forti sudore nocturno non levante, motus febriles adaucti, decursum febris biliosae communis observantes,

(ut

(ut m. Maio et ineunte Junio crebro factum;) aut altero die recurrebat catarrhalis impetus vehemens novo cum frigore; (quod imprimis sub epidemiae initium observabatur;) cessabat vero, crescente constantioris tempestatis calore, catarrhalis cum biliosa febre connubium conspicuum. Qua vero ingrediente aegri subito afficiebantur constrictione pectoris anxia, raucitate, coryza, tussi molestissima continua, delassante, cephalalgiam quam maxime exaltante, cum parva et difficili expectoratione. Accedebant motus febriles validi, cum magno calore, siti aegre extinguenda, prostratione animi, et maxima lassitudine et rigiditate extremitatum inferiorum. Quae vero omnia, praemissa in plethoricis venaesectione, vomitum ut plurimum excitante, decrescebant propinato emetico; quo autem, non locum habente, lenia laxantia parem effectum edebant.



bant. Omnibus vero evacuantibus omissis, morbi symptomata atrociora erant, et diutius affligebant, donec diarrhoea sponte sua, vel copioso forte potu acidulo irritata, oriretur. Si vero natura hisce crisis excitandis impar esset, phthiseos luculenta indicia sese manifestabant.

### §. XXIII.

*Continuatio --- complicationes morborum ---  
variae anomalae.*

Eorum *quidam*, qui pectore antea infirmo praediti erant, morbum non vehementiorem, quam §. XXI. descriptum, sustinebant; quo superato veteres querimoniae mutata haud facie remanebant: *plurimi* vero peius se habebant, ita ut grassante epidemia, phthifici, quam alias solent, plures vita defungerentur. --- Diarrhoeae, versus epidemiae finem fatis frequentes erant, eaeque non cum affectibus catarrhalibus,

bus,

bus, sed cum vehementibus doloribus colicis coniunctae, per plures hebdomades persistentes, potu diluente transpirationem iuvante, mucilaginoso, et leni remedio laxante tollebantur. --  
 Hydropici peiori valetudinis conditione utebantur; ab apoplexiae insultu fere liberati, eius recursum afficiebantur. Quibus haemorrhagiae suctae suppressae erant, e. gr. menses et quibus itaque sanguis facilius ad praecordia regurgitabat; febris catarrhalis impetus ideo vehementior erat, et diuturnior: saepius ter quaterque recurrebat, et virium refectionem integram per menses aliquot impediabat.

#### §. XXIV.

*Historiae ill. PRAESIDI perscriptae - Berolin. - Magdeb.*

Quas Vobis, L. B., hucusque omni, quo par est, proposui studio, sunt morbi nostri, quotquot mihi innotuerunt, in scriptis

ptis



ptis publici iuris factae historiae; quibus nunc mihi adiungendae videntur eae, quae gravissimo PRAESIDI ab illis, quibuscum commercium literarum alit, amicissime communicatae sunt. --- Berolini morbus, testibus Vir. cell. BLOCH, HERZ et PYL, maxime mitis erat, isque aegros vix per biduum tenebat; symptomata praecipua erant lassitudo corporis insolita, capitis dolor, sinciput imprimis occupans, tussis, plus minus gravis, coryza, aliaque huius generis incommoda, quae remediis, feбри catarrhali benignae accommodatis, facili modo cedebant. Cel. PELISSON hoc ratione epidemiam describit. \*) „Invasio vere erat catarrhalis, nam coryza et tussis cum febre morbum exordiebantur, nec non singularis virium prostratio simul aderat. Quibus sudor aut sponte aut arte prodibat, mox sanabantur, plerique post tres

\*) In litter. ad PRAESID.



„tres quatuorve dies ; alias in lon-  
 „gum protrahebatur aut saepius redi-  
 „bat , imperfecte antea solutus morbus.  
 „Quamvis adeo Epidemicus fuerit ut  
 „duae tertiae partes huius urbis incola-  
 „rum inde laborarint , attamen nemini  
 „exitiosus fuit nisi senibus aut pulmonii-  
 „cis , nam apud istos in peripneumoni-  
 „am , plerumque insanabilem degene-  
 „rabat. Natura monstrante viam , su-  
 „dores eliciendi erant sed non pharma-  
 „cis calidis verum antiphlogisticis ,  
 „promovenda erat diaphoresis. Varius  
 „etiam observabatur pro varia aeris  
 „temperie huius morbi gradus , nam  
 „ubi , frigescebat tempestas inflamma-  
 „torii quid prae se ferebat , ubi vero  
 „calidus fuerat ad putredinem vergere  
 „videbatur haec febris. Ad hanc mu-  
 „tationem attendendum fuit in curatio-  
 „ne , Eruditissimus Sauvage in Nosolo-  
 „gia sua methodica de simili epidemia  
 „mentionem facit , quae a meridie ad

D

se-

„septentrionem, altera vero vice a se-  
 „ptentrione ad meridiem progredieba-  
 „tur, nostra vero ab ortu ad occasum  
 „tendere visa est. „ Magdeburgi morbi  
 symptomata erant cephalalgia, tussis, vi-  
 rium prostratio, horror cum calore alter-  
 nans; odoris, saporis ciborumque appe-  
 titus abolitio; subinde anginae spuriae.  
 Paucissimi malum effugiebant, iique im-  
 primis, qui aëre libero fruebantur;  
 quin in pluribus hicce remedii ad in-  
 star agere videbatur; militum enim,  
 qui in armis bene gerendis exerceban-  
 tur, maior pars a morbo vix ultra 24  
 horas laborabant. Periclitabantur ve-  
 ro senes, aut pectore infirmi, debiles-  
 que; et delicatuli, aëris liberi benefi-  
 cio se plus iusto subducentes, 14 dies  
 et amplius affligebantur. Quidam iam  
 antea asthmate afflicti, moriebantur,  
 catarrho suffocativo extincti.

§. XXV.

*Historia Epidem. Lips. i)*

Prægressis iam mensibus Februario et Martio, febribus anomalis et intermittentibus, medio Aprili epidemia suam præsentiam manifeste prodebat, abiens iterum vergente Maio; superstite vero adhuc uno vel altero aegro, vel in pristinum morbum non sine periculo relabente. Illius præcipua symptomata erant ingens virium prostratio valde taediosa, diu in reconvalescentibus persistens; singularis siccitas et asperitas in trachea, tussisque nihil extrudens; capitis obnubili dolor, imprimis super oculis situs, anxietas: artuum dorsique imprimis et surarum dolores spasmique; coryza, glandulae colli tumefactae, quin angina ipsa, cum

D 2

aph-

i) *Ex litteris* cel. GALLISCHII et LUDWIGII, qui multa quoque ex testimoniis cell. KADELBACH et KAPP hauserunt.



aphthis; lingua impura, nausea, vomitus et diarrhoea; epistaxis, nonnumquam haemoptysis. Quae vero mala non uno eodemque tempore abibant; imprimis, qui corpus motu exercebant, a doloribus artuum diutius excruciebantur: tussisque in multis maxime erat pertinax. Morbus, genio suo velut deposito, saepe in affectus pectoris inflammatorios degenerabat, qui in putridos demum mutabantur, aut in febres intestinales, aut in catarrhos suffocativos; omnesque, ut in genere loquar, qui pectoris vitiis laborabant, pessime afficiebantur. Etenim asthmaticorum plures, 60. et quod excurrit, annos nati, e vita discedebant; nec melior fors expectabat phthificos: (licet nonnulli tamen haud exacerbata conditione fruerentur) haemoptyses quoque iis, ut et sanioribus, hoc tempore valde familiares erant. Morbi vehementia et pertinacia, (qua plures modo per

ali-



aliquot dies, alii per tot hebdomades laborabant) nulla habita conditionis aegroti ratione, maxime mutabilis erat; quod etiam de illius forma valebat, quum mox catarrhalis, mox inflammatoriae, in plurimis biliosae, etiam putridae, in aliis rheumaticae indolis esset, vel nervos imprimis, vel systema glandulosum afficeret: nec minus terquaterque recurreret. Morbis aliis admixtus peior ut plurimum evadebat: interdum vero illorum decursum haud mutabat; crudelissime in senes, mitius in adultos saeviebat, lenissime in infantes; ipse per se raro lethum inferebat, affectus autem ex illo nati, pleuritides, febres putridae, et catarrhi suffocativi multos e medio tollebant.

### §. XXVI.

#### *Historia Epidem. Halberstad.*

Permagnam sane epidemiae nostrae in omnes fere cuiuscunque conditionis

D 3

pro-



propagatam saevitiam observabat ill. FRITZE, qui de mille incolis censet vix quinque superfuisse plane salvos; quin inter hosce ipsos, suppressis licet ex falsa animi fortis corporisque firmi gloriola, querimoniis, quosdam morbo nostro vere laborasse. Qui vero praepremis obnoxii erant morbis chronicis affecti, phthifici, hydropici inter-ctu hepatis tentati, quorum mortem accelerabat: etenim eorum quidam, epidemia adhuc grassante, vita defungebantur, alii paucis hebdomatibus post animam efflabant; alii denique et in hunc usque diem gravius afficiuntur, quam si saevam luem haud essent experti, factum foret. Symptomata illam concomitantia eadem fere apprehendit ill. VIR, quae cel. WITTEWERRVS; praeterea observavit, plures e sexu sequiori easque infirmas, debilesque, quibus menses ante haecce tempora legitimo modo fluxissent, hancee

ex-

excretionem salutarem post ea non pas-  
sas esse: nec minus multos aegros cor-  
reptos esse ab anginis mucosis, oph-  
thalmiis et dentium doloribus. Maxi-  
mam et terrificam, (ante cognitum  
morbi genium) fuisse virium prostrati-  
onem: se ipsum peritissimus medicus  
testatur tertio morbi die caput non po-  
tuisse elevare, quin vertigine corripe-  
retur: se omni studio somnum arcuisse,  
quia statim insomniis terribilibus ange-  
retur: haec vero omnia hausto emeti-  
co, atque subsecuto sudore grato, mul-  
to meliorem assumfisse faciem.

### §. XXVII.

#### *Historia Epidem. Vinariens.*

Eandem epidemia nostra faciem Vi-  
nariae exhibebat ill. BVCHOLZIO, quam  
observarat cl. MVMSENIUS: illeque  
ipse, civium saluti plus quam suae ipsi-  
us intentus, seque parum respiciens,  
ter eius vim passus est; quo factum, ut  
virium integram refectionem, animi.

D 4

que

que quam maxime deiecti solidam erec-  
tionem nonnisi 8 hebdomadibus elapsis  
reciperet. Affectus pectoris inflammato-  
rii non rari erant; sed venae sectionem  
non ferentibus vesicatorium medeba-  
tur. Morbum in initio vilipendentes  
incidebant in veram febrem hecticam  
cum pulsu parvo, sudoribus nocturnis,  
tussi sicca, plenario appetitus ciborum  
defectu, virium continua imminutione,  
et cet. --- Fomitis biliosi in primis viis  
haerentis signa haud dubia in pluribus  
haec quoque apparebant.

### §. XXVIII.

#### *Historia Epidem. Ionenf.*

Cel. STARKE hanc observabat epide-  
miae syndromen. Quidam laborabant  
vehementi coryza, cuius copiosa pitui-  
ta in tracheam descendens, levem in  
initio tussiculam excitabat; quibus mox  
succedebant magna lassitudo, somno-  
lentia, plenaria virium prostratio cum  
cephal.



cephalalgia; horripilationes, tensiones in dorsi regione, comitante calore cum frigore alternante et pulsu febrili. Quae omnia in quibusdam pedetentim ingru- ebant; alios confertim maiori cum pe- riculo aggrediebantur. Calor, simul et inquietudo, dolores, tensiones in- crescebant, gravitatisque in membris sensus maxime ingratus, ut quo illa re- poneret, aeger nesciret. In quibus- dam accedebat nausea, cum sapore a- maro, et integer cibos appetendi de- fectus, qui vero in aliis, omnibus li- cet ceteris symptomatibus praesenti- bus, aberat. Horis 10 - 12. post orie- batur oris siccitas, sitisque, ac doloris et pressionis sensus in faucibus et collo; linguae multo muco haud tectae; labi- orumque color erat ex albo flavus, in aliis ruber; gingivae tumidae, et spon- giosae evadebant. Quibus praegressis, horisque 5 - 6 - 20, quin 2 diebus ela- psis, succedebant symptomata morbo

D 5

pre-



propria: febris nimirum cum maxima inquietudine adeo vehemens, ut soporem vel delirium excitaret; cum eximio ardoris in faucibus sensu, siti et siccitate, ita ut naribus obstructis, labia et lingua prae ariditate fatiscerent, sanguineasque guttas emitterent. Cuius quidem paroxysmi vehementia per 24-36 horas perstabat: in quibusdam vero per 3-4 dies, vesperam versus recurrebat. Rebus bene cedentibus sudor erumpebat universalis, gratusque.

### §. XXIX.

*Continuat. Histor. Ien.*

Alii patiebantur aut narium haemorrhagiam, haemoptysin; aut menses citius iusto prodibant, non absque quodam levamine. Dolores, tensiones, inquietudines in membris, praecipue in articulationibus et dorso, ac rigiditas in nuca ita invalescebant, ut ferri vix pos-

pos-

possent: hisce accedebat maximus tor-  
 por, et animi delectio, quem grato-  
 rum alias negotiorum taedebat. Ab-  
 domen, mirum in modum tensum, an-  
 xietates creabat. In regione lumbo-  
 rum molestus percipiebatur sensus, co-  
 namibus haemorrhoidalibus similis.  
 Tussis erat titillans, parva, at tali ar-  
 dore sociata, quasi faucia omnia essent,  
 cuticulaque ferro ignito absumta: quae  
 quidem sensatio, in faucibus incipiens,  
 ultra descendebat, quin per totas pul-  
 mones interdum erat diffusa; quam-  
 obrem, ne dolor nimis increceret,  
 tussis supprimenda, imprimis cum illa  
 nihil excerni posset: simulatque autem  
 sudor prorumperet, dolore imminuto  
 aliquot sputi cocti portiunculae excuti-  
 ebantur, imprimis parvis, iisque repe-  
 titis tussendi conatibus. Qui vero spu-  
 ra vi adhibita protrudere conarentur  
 illi adaugebant omnes oris affectiones,  
 quod magis rubebat et dolebat; facies  
 eva-

evadebat tumida rubraque; pressionem superciliis dolorificam sentiebant, quae palpebras rite aperire impediēbat. Oculi turbidi videbantur et velut peplo vel nubecula tecti. In pedum plantis percipiebatur dolor lancinans, quasi vero fauciae essent.

### §. XXX.

*Continuat. Histor. Ienens.*

Morbus in omnes acerbus maxime inimicus erat lactentibus et senibus, quorum quosdam trucidabat. Pari atrocitas eveniebat in illos, qui pectore infirmo laborabant, et v. c. asthma, tussi chronica, phthisi pulmonali detinebantur: qui quoque ab hisce affectibus fere liberati, recursum morbi, interdum mortem, experiebantur. Alia quoque mala chronica, olim cohibita, e. g. Podagra, arthritis, epilepsia, colica, passio hysterica, scorbutus, et affectus venerei veteres sopiti, recrudescebant, et in debili-

bilibus pulmonibus haemorrhagias no-  
ster excitabat: a quo etiam gravidae  
pessime habebantur, et in nonnullis ab-  
ortus inferebatur.

### §. XXXI.

*Histor. Epid. Hannover.*

Varii morbi nostri gradus occurre-  
bant quoque cel. MARC ARDO. Plures  
enim, eum mitissima ratione experien-  
tes, conquerebantur de raucitate, co-  
ryza, sternutatione, lachrymatione non  
voluntaria, dolore pressorio in capite,  
tensionibus in membris, dorso et nu-  
cha, affectuque anginoideo; quae o-  
mnia saepe sine febre erant. Alii vero  
gravius a morbo pressi, forti convelle-  
bantur febre, tussique vehementi; qui-  
bus accedebant deliria, magnus virium,  
ut et appetitus defectus, dolores in pe-  
ctore; in quibusdam haemoptysis et a-  
nimi deliquium. Morbus subito et sae-  
pe magna cum vehementia ingruens,  
cito



cito quoque abibat: nonnullos enim vidit cel. VIR, etsi delirantes, quarto iam morbi die in conclavibus obambulantes; at enim vero in plurimis remanebat sensus lassitudinis et virium deficientium imprimis in pedibus, morbi vehementiae et durationi haud proportionatus, qui 3-4 hebdomadibus post superatum morbum adhuc persistabat.--

### §. XXXII.

*Continuat. Histor. Hannov.-- et Götting.*

In nonnullis licet paucis, magna impuritatum colluvie scatentibus, ea erat morbi conditio, quam febres sic dictae bilio. e assumere solent, quibus itaque emeticum proficuum. Quodsi vero ille certum vehementiae gradum ascendebat, pectori praecipue infensus affectuum inflammatoriorum naturam adipiscebatur; venaque tunc secta cruenta in sanguine apparebat, quam quidem licet raram et molliorem cel. MAR-

G A R-

V CARDVS in viro 82 annos nato ob-  
 servabat; quem nihilominus mor-  
 tis faucibus eripiebat. --- Exper.  
 MEIERVS, Cel. aulae medicus, per  
 diem frigidi vulturni impetui expo-  
 situs, vesperam versus corripieba-  
 tur vehementi frigore, quod sequeba-  
 tur calor fortis, in copiosum sudorem  
 definens; quo quidem febris plane  
 quidem fugata erat; remanebat vero  
 adhuc magna virium prostratio, tussis  
 valida, et pedum, super genu velut  
 subruforum, tanta debilitas, ut incede-  
 re ille haud valeret; sed cum oportet  
 ret curru vehi ad aegros, quorum plu-  
 rimi eandem pedum imbecillitatem  
 persentiscebant; ceterum paucis die-  
 bus persanati; nec omnes in le-  
 ctulos deiecti sunt. --- Göttingae  
 eodem fere tempore eadem quoque  
 apparebant symptomata, quae Han-  
 noverae. Perpauci a malo hoc epide-  
 mico immunes erant; quod vero in  
 plu-



plurimis mitiorem induebat indolem, ita ut aegri obambulare valerent: non raro in inflammatoriam naturam eamque biliosam transire videbatur.

### §. XXXIII.

*Histor. Epid. Hamel.*

Cl. MOLLER hanc morbi nostri historiam contexit. Eius quidem, si mitioris indolis erat, initium faciebat horror, frigusque artuum imprimis extremorum vesperam versus, subsecuto dein calore, ad lucem, leni prorupto sudore, remittente. Sequenti die, persistentibus pulsu celeri, virium debilitate, ciborumque desiderii defectu, vespere recurrebant pristina symptomata; quibus accedebat parva tussis sub initium sicca, 2-3. die humida absque pectoris dolore: omnia vero, servato convenienti regimine 3-4. die evanescebant incommoda. --- Gravius atque diutius detinebantur aegri, qui simul vehe-



vehementi cephalalgia, alvi obstructio-  
 ne vel diarrhoea biliosa laborabant;  
 qui ruffi nihil eiiciebant, quibus lingua  
 erat crusta flava tecta, osque amarum.  
 Maximam denique morbi vehementi-  
 am experiebantur illi, qui vomitum  
 patiebantur spontaneum, gravique do-  
 lore pleuritico vexabantur, quocum  
 sociata erat pituitae maxime tenacis,  
 viridiusculae et amarae excretio.

§. XXXIV.

*Continuat. Histor. Hamel.*

Non absimilis est morbi descriptio,  
 quam composuit cl. MATTHAEI;  
 praegresso nimirum per aliquot dies  
 capitis artuumque gravitate et lassitudi-  
 ne adoriebatur febris cum frigore per  
 2-3 horas perdurante, quod sequeba-  
 tur calor modicus quidem, sed mor-  
 bum in toto decursu comitans, etsi re-  
 mittens; pulsus erat plenus et celer,  
 rarissime durus, nec nisi in pleuriticis

E

Ea-



Eadem fere sunt, quae habet Exp.  
WESTRUMB, modo addens, interdum  
maxime atroces cephalalgias deliriaque,  
anginas, atque eruptiones miliares  
quoque locum habuisse.

### §. XXXV.

*Histor. Epid. Cassel.*

Inter primos, qui morbi vehemen-  
tiae Cassellis cedebant, erat ill. BAL-  
DINGERVS ipse, qui frigido vento diu  
expositus, 2 diebus post lassitudinem  
ingentem, virium debilitatem, animi  
deiectionem, tensiones in lumbis suris-  
que sentiebat; adveniebant horror, fri-  
gus, calor, tussis: stata maximeque ac-  
curata periodo omni vespere hora  
quinta recurrebant horripilatio, frigus,  
calor, tussisque exacerbatio, quae ter-  
tio morbi die clangosa maximeque con-  
vulsiva evadebat, iuncta catarrho fau-  
cium, multo sreatu, vomituque ex  
nausea consensuali: doloribus pectoris  
vehe-

vehementibus, pulsuque duro peri-  
pneumoniam minitanti, medebatur qui-  
dem venaesectione larga; sed ill. VIR, re-  
gimen conveniens spernens ex amore  
aegrorum, curam suam efflagitantium,  
per 14 dies eodem paroxysmo quotidie  
exercebatur, tussisque clangosa eum  
haud derelinquebat, nisi 5 hebdomadi-  
bus elapsis, et 12 hebdom. post inte-  
gram modo virium refectionem sentie-  
bat. Eandem morbi indolem observa-  
bat ill. BALGINGERVS in aliis, sed mi-  
tius affligentem; paucissimi enim le-  
ctum petere cogebantur: plures vomitu  
spontaneo exorto protinus cum sa-  
nitate in gratiam redibant. Levius  
affecti experiebantur tussim, cibos ap-  
petendi defectum, somnum inquietum,  
et imprimis subitanam virium  
prostrationem, lassitudinem, gravita-  
tem et pressionem in regione lumbari,  
et valde ingratam tensionem spasticam  
in musculis lumborum surarumque: in

E 2

plu-



pluribus morbus naturam suam cum inflammatoria biliosa commutabat, atque peripneumoniam et pleuritidem excitabat. Adulti eius vehementiam maximam patiebantur, infantes multo minorem; mortique autem omnes fere effugiebant, cuius in genere causa ille modo occasionalis erat. k)

### §. XXXVI.

*Historia Epidemias Helmstad. -- in robustis.*

Ordinem observationum de morbo nostro institutarum claudant eae, quae in hisce, in quibus non sine insigni voluptate per plures annos commoratus sum, regionibus captae sunt. Postulat  
offi-

k) Liceat adhuc addere cl. NOSE, multis variisque scriptis celebrem, praxinique medicam felicissimo cum eventu Elberfeldae exercentem, eundem epidemiae decursum, eademque symptomata observasse, quae iam elegantissime delineavit cel. WITTWER; cui etiam, (ut hicce amico cum animo fatetur,) quae annoz taverat, iam olim perscripsit.

officii ratio, ut ab iis exordiar, quae  
 mihi a cel. VIRIS, hanc almam nostram  
 Iuliam Carolinam exornantibus, summa  
 cum benivolentia communicata sunt;  
 quaeque debeo gravissimo huius disserta-  
 tionis PRAESIDI, quae ill. BEIREISIO,  
 praeceptoris optimo, omnique honoris cul-  
 tu ad cineres usque prosequendo; ut et  
 clariss. et experient. LICHTENSTEINIO  
 Med. P. P. E. Medio iam Aprili sae-  
 viebat morbus noster in urbis vicinia,  
 atque in primis in pago nobis proxi-  
 mo, quem *Harpke* appellant; et nonni-  
 si 8 diebus elapsis, postquam ibidem  
 ad summum fastigium pervenisset, pas-  
 sim in nostra urbe nonnulli corripie-  
 bantur a morbo, qui modo 3-10 die-  
 bus post illimitatum fere in illam ex-  
 ercebat imperium. Animadvertione in-  
 terim haud indignum esse censeo, epi-  
 demiã in suo in ipsa urbe progressu  
 visam esse adhuc eundem cursum tene-  
 re, qui ei sollemnis fuerat, cum nimi-

rum a plateis magis versus orientem fitis procederet ad illas ad occidentem spectantes, et Maio vergente, correptis ultimo iis, qui ad coenobium, a Monte St. Mariae denominatum, pertinent, penitus evanesceret. Videbatur morbus in genere unius eiusdemque indolis esse (modo versus eius finem magis in biliosam febrem vergens;) eiusque vehementia et anomalia maxime pendere a conditione aegrotorum, quum infirmi, ad spasmos proni, rheumatici, arthritici et pulmonici ceteris gravius decumberent. Mali adventum indicabant vertigo, pressio dolorque capitis, coryza vel gravedo, lassitudo, animi deiectio, tensiones in artubus; vesperam versus horripilationes alterantes cum calore volatico, qui horis aliquot post continuus erat; pulsus celer, sed raro plus, quam centies in minuto micans. Tussis sub horripilationibus iam ingruens erat sicca, molestaque, cum cepha-  
leam

leam pectorisque dolores rheumaticos atrociores redderet. Somnus si non aberat, phantasmatis tamen turbabatur. Graviora erant altero die symptomata; sub noctem vero modicus apparebat sudor, tertia copiosior, qui plura tollebat incommoda, exceptis tussi et artuum lassitudine; idemque adhuc aliquot noctibus post prorumpens, morbi vim magis magisque imminuebat. Urina, in primis diebus saturate rubra sedimentique expers, sub finem eiusdem magnam copiam deponebat, cuius color interdum ater deprehendebatur. Haec erat eorum conditio, qui bona ceterum fruebantur valetudine; quique raro decumbentes, saepe ciborum appetitum non sentiebant valde diminutum, et in libero aëre melius se habebant, quam conclavibus inclusi.

E 4

§. XXXVII

## §. XXXVII.

*Cont. Hist. Helmst. --- in debilibus.*

Infirmis graviora erant omnia symptomata; febris atrocior, formam quamcunque catarrhalis gravissimae quin putridae ipsius induens; nunc agrypnia, nunc somnolentia aegros vexabat; ciborum appetitus in quibusdam valde imminutus, in aliis aderat nausea, rarius vomitus; quibus febris biliosae indicia accedebant reliqua. In omnibus hinc febris ad diem 7-11 persistens, sudore critico solvebatur. In rheumaticis illa faciem pleuritidis, vel anginae spuriae, vel febris arthriticae inducebat; viriumque prostratarum resectio integra mirum quantum praestabat: tussisque insignis pertinacia non raro phthisin, febre lenta stipatam excitabat. Mali recursus levissimum refrigerium perpeffis, sudoribus criticis suppressis, admodum facilis erat, quod

ve-



veras pleuritides simulabat, iisque etiam sublati interdum in febrem lentam degenerabat. Ad enim vero quaecumque haec erant, mortem rarius inferebant, quae potius variis infirmitatibus, morbum hunc praegressis, tribuenda erat. Hac ratione senem annos 70 et quod excurrit natum, cel. PRAESES videbat exspirantem catarrho suffocativo hora post, quem in auxilium vocatus esset. Sors haud benignior erat foeminae 65 annos natae, antea iam asthmaticae, quae febrem nostram catarrhalem absque remediis iam superaverat; ast refrigerium perpeffa, paulo post in veram pleuritidem incidebat, in mortem terminantem. --- 1)

E 5

III.

- 1) Ad symptomata hic loci insolentiora refert ill. PRAESES aliquot aegros diarrhoea pertinaci, haud dolorifica, affectos: vidit quoque nonnullos, quorum oculi antea iam infirmati, vehementissimo rubore toti erant perfusi maximeque dolebant; aliumque, cui ab acri-  
lym-

III. BEIREIS a nonnullis in auxilium vocabatur, quibus, adhibitis ad ~~remedium~~ ~~remediis~~ ~~dome~~ ~~perstes~~ per totam adhuc aestatem erat tussis molestissima, pulmones debilitans, et sternens viam phthisi, qua vero antea iam praesente, ille triste fatum quam maxime accelerare videbatur --- cl. LICHTENSTEIN a febris impetu excitatum videbat apoplexiae, qua aeger aliquoties iam affectus fuerat, recursum, mortem arcessentem: aliumque, qui, pluries iam colicam sanguineam passus, sudore sub nostri morbi finem incaute suppresso, ab eadem recurrense e vita tollebatur.

### §. XXXVIII.

#### *Historia epidemiae Schönningensis.*

Non absimilia illis, quae §. 36. 37. pro-

lympa naribus exstillante, illae, totumque interstitium ad oris aperturam exorosa, et quasi faucia erant,

protuli, sunt, quae cl. DEHNE obser-  
vabat. Expectoratio sub initium par-  
ca erat, spumosa non levans, licet ti-  
gillatio in faucibus crebrum tussendi  
conatum excitaret; prodeuntia finem  
versus sputa, fugientis morbi indicia e-  
rant. Prorumpens sponte sua sudor, me-  
dela illius erat promptissima; diarrhoeae  
vero torminosae parum mutabant.  
Multis saliva copiose effluebat; tussis  
pertinax in pluribus spasmodica et clan-  
gosa evadebat, interdum haemoptisin  
excitans. Soretis remediis convenien-  
tibus, morbus transibat in affectus in-  
flamatorios pectoris et faucium; qui-  
busdam visus, aliis auditus, ob mate-  
riam illius organa debilitatem, immi-  
nuebantur: nonnulli dentium dolore  
cruciabantur. Pluribus pectus vehe-  
menti modo constrictum erat, quasi  
vinculo in diaphragmatis regione cin-  
geretur. Lingua pura aut paucis mu-  
co tecta erat: urinae rubrae antea cla-  
rae

rae sedimentum lateritium, modo sudoribus criticis prorumpentibus, apparebat. Morbus licet maxime universalis perpaucos heic quoque necabat: sic e. g. experient. DEHNE, ad duos aegros iam senes, matrimonio iunctos, vocatus, illos qui morbum, perversis remediis exasperatum, per 14 dies sustinuerant, inveniebat cum pulsu parvo celeri, inaequali, rationis usu fere iam destitutos, convulsionibus, manuumque tremoribus affectos, uxoremque in dextro latere paralyticam; quos itaque e mortis faucibus adhuc eripere, cl. medicus non valebat. Alium septuagenarium, 8 dies vehementibus pectoris doloribus et tussi absque remediis adhibitis iam laborantem, videbat subito expirantem a catarrhi suffocativi impetu; licet ab eodem nonnullos feliciter cum successu liberasset.

§. XXXIX.

## §. XXXIX.

### *Historia Epidemiae Brunovicensis.*

Epidemiae indoles Brunsvigae se quoque manifestabat late patente in se- re omnes imperio, quorum autem non- nisi eos trucidabat, qui iam aliis mor- bis valde debilitati essent. Consueta symptomata erant, lassitudo, gravitas- que omnium membrorum; caput ob- nubilum saepe dolens; ooryza; pectus angustum, constrictum, et ea sensatio- ne affectum, quasi clavus per medium transfixus esset; tussis aut non aderat, aut levis modo ad eam incitatio; pul- sus compressus, irregularis, cutis ari- da: quae sequebantur vesperam versus horror, calor, inquietudo, somnus par-vus vel plane deficiens, multa sitis; lin- gua crusta alba erat tecta: urina nunc clara, nunc multis parvis nubeculis conspicua. Notatu valde digna vide- tur observatio cel. DU ROI, quosdam licet



licet perpaucos, qui alias ab aëre eius-  
que vicissitudinibus facile afficerentur,  
morbo nostro restitisse; cum e contra-  
rio robustiores, qui antea plethorae  
caussa venam sibi secari iusserint, illi  
succumberent --- Cl. HERZIO triplex  
videbatur morbi indoles; primam vo-  
cat catarrhum ad pectus, conspicuam  
vehementi tussi, insolitaque membro-  
rum velut subtusorum lassitudine, cui  
vero febris deerat: in secunda febris  
observabatur catharrhalis simplex, cui  
ille catarrhus ad pectus comes erat assi-  
duus: tertiam constituebat febris catar-  
rhalis biliosa, eique idem etiam catar-  
rhus non semper iungebatur.

### §. XL.

#### *Historia Epidemiae Guelferbytanae.*

Guelferbyti ea celeritate absque o-  
mni praenuntio serpebat epidemia, ut  
quavis fere hora aegrorum numero a-  
lios adiiceret. Praegresso enim frigore  
plus

plus minus longo, experiebantur magnum virium decrementum, vehementem cephalaeam, in primis finciput occupantem, calorem horripilationibus tamen saepius interruptum, in omnibus artubus dolores, et in primis in pedum plantis, titillationem in faucibus, coryzam, tussim siccam molestantem, pectus valide constringentem, qua praefocari illudque dilacerari sibi viderentur. Pulsus erat plenus, non durus, febris vesperi exacerbans per noctem insomnem saeviebat, ad lucem, praegresso magno sudore, una cum ceteris symptomatibus remittens, ita ut aegrorum quidam interdum lecto carere possent. Urina, praesente paroxysmo, coloris erat rutilantis, absente saturate flavi, una cum nubeculis in illa apparentibus. Febre iam sopita, tussis spasmodica per 1 - 2 hebdomades adhuc remanebat, praegresso sputo flavido et tenaci evanescentes. Infestus praecipue erat morbus  
asth-

asthmaticis, phthysicis, et in genere illis, quibus pectus iam erat infirmatum; qui adeo quoque huius affectibus inflammatoriis obnoxii erant. Qui rheumaticis pathematibus saepius iam erant excruciiati, illa nunc quoque experiebantur; in primis valde tumescebant circa articulationes pedes; morbo vero imminuto obambulantibusque iam aegris, iterum detumentes. Epidemia 12 circiter dies grassata indolem magis biliosam adipiscebatur; nausea conatu vomendi, oris amaritie doloribusque punctoriis in praecordiis et hypochondriis, vehementiori cephalalgia in aegris se manifestantem, cuius impetus deferrebat morbo catarrhali velocius: neglectis vero, sub illius initium, remediis appositis, in veram febrem biliosam transibat.

### §. XLI.

*Breves de aliis adhuc locis relationes.*

Coronidis loco sparsas quasdam ad-  
quor



dam de morbo nostro relationes. Notatu quam maxime dignum in hac re est, quod a cel. PALLAS, cui maxima est auctoritas, compertum habemus, epidemiam nimirum nostram ante hos duo annos iam in Sina saevisse: atque hacce vasta regione tandem derelicta migrasse in Siberiam; unde successive progressa ulterius invaderet provincias imperii ruthenici, magis septentrionem versus sitas. *Mobilovii* m) oriebantur magni tumores glandularum parotidum, maxillariumque (*oreillons*), ut et tonsillarum; qui in ulcera mali moris, pus pessime olens fundentia, transibant. Morbus ibidem erat maxime malignus et pestilens, cum virium prostratione summa; omniaque aderant signa febris catarrhalis putridae; quin et sputa ipsa tetrum odorem emittebant. --- Eandem malignam

F

in-

m) De hisce certiore fecit ill. BALDINGERVM medicus, qui ibidem morbum observabat.

indolem assumebat noster Holmiae, qui inter alios magnum Suecorum decus in re chirurgica et medica, cel. de AKREL, fere extinxisset, quum m. Iunio secun-  
 quam relapsura pateretur, qui formam peripneumoniae induerat, cui quarto iam die aphthae quoque se iungebant. -- Labecae adeo late se diffundebat mor-  
 bus, ut vix unica familia superesset, cui ille pepercisset. n) --- Eadem erat eius conditio Lemgoviae o) m. Maio et Iu-  
 nio. Tubingae quoque universalis qui- dem videbatur, variamque speciem at-  
 tamen; ast valde erat mitis, nul-  
 lanque ad orcum deducebat. In  
 Cantibus Cantientes urbe, quam *Cran-*  
*brook* vocant, idem nemini quoque fe-  
 re pepercit, sed minime erat atrox,  
 nunquam fere letalis. Eadem erat illius  
 con-

n) Viri refert ill. MURRAY in *litteris* ad  
 PRAESIDEM.

o) Sic uti compertum habemus ab ill. archia-  
 HO KRUSE in *litt.* ad PRAESIDEM.

conditio Oxonii, ubi et fenes illum bene satis ferrent. p) Insulae, quam a sancta Lucia denominant, incolae, gravissime e contrario decumbebant, multique vi morbi cedentes vitam cum morte commutabant. q)

§. XLII.

*Conclusio Histor. epidemiae.*

Haec sunt, quotquot mihi innotuerunt morbi nostri historiae, a pluribus cel. VIRIS conscriptae. Minime diffiteor, mancam valde esse hanc meam illarum collectionem, cum non solum supersint scripta publica, quae perlustrandi non habui copiam r), temporis

F 2

illa

p) Communicavit benignissime nobis haecce cel. nosser BRUNSIUS ex litteris ad eum datis.

q) Cf. SAÏ's *Welkly Journal*. N. 1198.

r) Quae huius generis mihi veneratione innotitiam, sequentia sunt: *Bedenken der Prager Facultæt üb. den epidemischen Catarrh*; CHRISTANI, medici Viouensis, libellus



illa conquerendi angustia, qua citra voluntatem premo, impeditus : sed eadem

ius eiusdem argumenti; cel. METZGERI *Beobachtungen über die herrschende Epidemie in Frühjahr; nec non scripta aliquot anglica; ut an account of the epidemic catarrhal fever, commonly called the influenza, as it appeared at Bath in the month of May and Juny 1782, by W. FALCONER: et aliud huius tituli: a Description of the Influenza, with its Distinctions, and method of cure, by R. HAMILTON. Lond. 1782. 8; de quo relatum legi (Gothaisch. gel. Zeitung Beyl. zu St. 92.) morbi descripta symptomata illis fere in totum similia esse, quae in Germania sunt observata; methodum medendi a cl. auctore adhibitam principiis artis medicae esse maxime convenientem. Dum haec scribo, ad manus meas tandem pervenit Diarium medicum Francofurtense (*Medicin. Wochenbl. A. 1782. St. 28.*) in quo ill. WAGNER de epidemiae proteiformis, in istis regionibus saevientis, natura refert, quae tamen paucissimis, nisi medentis vitio, mortem inferebat; cuius ex symptomatibus, motibus videlicet febrilibus, nausea, conatu vomendi, sapore amaro, linguaque fordida alba, prostratione virium, phlegmatorrhagia aut in aliis gravedine, constrictione pectoris, cum tussi concutiente inani,*

ni,

dem ex ratione quoque destituor multis aliis epidemiae nostrae, in diversis locis singulari ratione grassantis, descriptionibus, quae adhuc ill. PRAESIDI ab eius amicis promissae erant, quas vero exspectare inopinata rerum circumstantium conditio vetat. Quaecumque autem sint, (quae aequo accipias animo L. B. maiorem in modum rogo) sufficient tamen, ut morbi natura propria inde legitimo modo eruatur.

### §. XLIII.

#### *Epidemiae natura.*

Collatis enim pensitatisque omnibus eiusdem symptomatibus, atque remo-

F 3

tis

ni, aut doloribus rheumaticis, ille infert, esse catarrhum biliosae indolis. Addit, nonnullos epistaxin, alios haemoptysin, etiam absque doloribus pleuriticis, et feminas quasdam, quibus menses 6-8 dies antea fluxerint, de novo hunc fluxum passas esse, alios adhuc incidisse in anginofam mucosam, aut diarrhoeam.



tis iis, quae minus constantia videntur, apparet, ad characteres morbi nostri maxime essentialēs eique proprios, facere horrorem plus minus fortem, quem subsequitur calor maior, pulsusque frequens; singularem virium imminutionem et defectum; mucī ex glandulis membranae narium, faucium vel bronchiorum excretionem adauctam per tussim praecipuis; quae vero omnia indicant affectum nostrum esse ad catarrhum referendum. s) Facili modo inde ratio dolorum plus minus gravium in pectore, quin affectus eius inflammatorii explicari possunt, quia catarrhus nonnisi minor gradus peripneumoniae vel pleuritidis est censendus. t) Sed diffitendum haud est, illum a vulgari

s) Cf. cel. CULLEN. *apparatus ad nosol. method.* p. 188. Vel EL. *Anfangsgr. d. pract. Arzneyw.* 1. Th. p. 432. VOGEL *de cognosc. et curand. praecip. C. H. affectib.* p. 237.

t) Cf. ill. TISSOT *Avis au peuple.* T. 1. §. 125.

ri, non epidemice grassante, multum dif-  
ferre eo, quod integras regiones eo-  
dem fere tempore infestet et sympto-  
mata ut plurimum omnia, imprimis vi-  
rium prostratio, in illo multa graviora  
sint: quamobrem ill. de SAVVAGES U)  
et CVLLENIVS l. c. catarrhum, a tri-  
gore ortum ab epidemico optimo bene  
distinxerunt. Qui in plurimis locis cum  
affectu nostro complicatus erat, fove-  
biliosus suspensos nos detinet, an ad illius  
naturam pertineat, quia non in omni-  
bus locis, ubi grassaverit, nec in omnibus  
aegris manifesta sui indicia edidisse  
videtur.

#### §. XLIV.

*Causa morbi non haeret in vitio, regimini.*

Perspecta morbi indole ratio a nobis  
postulat, ut in eius causas inquiramus,  
quibus perscrutandis nos in re atata,  
et facile haud enodanda versari liben-

F 4

ulli-

u) NOSOL. method. gen. 186. spec. 3. gen. 149  
spec. 25. 805. p 5.

tissime confitemur. Minime enim sufficiunt, quae ad catarrhum sporadicum generandum alias valent: transitus nimirum repentinus ex aere calido conclavium calefactorum in frigidum acutiorem; vestitum convenientium neglecta ad aeris iniurias ratio; quaeque proficisci ex utroque potest, transpirationis suppressio, cet. x) Quis enim est, qui fingere sibi possit, quosvis cuiuscunque conditionis aegros, per totam fere Europam copiosissime, maxima ubivis velocitate correptos a morbo, sibi in quavis regione, tempestate, et quovis anni tempore a Ianuario ad Iunium usque, exacte simili, eodem circa res non naturales commisso vitio sibi malum hocce accersivisse? \*) Videretur potius pleno exinde fluere

rivu-

x) Nobiscum hac in re consentiunt cel. WITTEWER. *l. c.* p. 31. MUMSEN *l. c.* p. 15. WEICKARD *l. c.* p. 242. BALDING. *in litter.*; --- et plures alii.

\*) Cf. hac de re ill. BERGMANN in praefat. ad cl. SCHEELII *L. de aëre et igne*; p. 17.



rivulo, morbi adeo universalis causam oportuisse esse aequae universalem, cuius imperio omnes omnium regionum incolae paruerint.

§. XLV.

*Causa latet in aëre; minime in contagio.*

Nemo erit, qui inficietur, materiam, quae fere in omnes distitarum maxime provinciarum incolas eadem ratione agere possit, nullam aliam esse, quam aerem: illumque etiam incusant plurimi, iique eximii, qui omni honoris cultu supra nominandi erant, medici. Hunc vero aerem, epidemiae nostrae parentem, singulari ratione vitiatum esse et a salutari alia indole recedere debuisse, per se patet: sed vitii huius natura accuratiori scrutationi subiicienda videtur. Primo intuitu facilis apparet quaestionis resolutio ex materia quadam contagiosa, quae ex morbi incubulis prorupta, ab aere suscepta, ventorum ministerio successive ad varias



regiones propulsa sit; sed disparere videtur spes praeconcepta, si animum vertimus ad indolem contagii, et ad ea, quae de morbis maxime contagiosis observata sunt. Contagiosam eam vocamus materiam, quae corpore aegroto egressa, a sano iterum ope respirationis, vel vasorum cutaneorum inhalantium, recepta in hocce eundem producere valet morbum, quo illud laborabat. Quodsi vero assumamus, aerem urbi, a morbo quodam epidemico vexatae, incumbentem onustissimum esse eiusmodi particulis contagiosis; a vero tamen longius remotum esse videtur, illas per unicum milliare, ne dicam plura, venti adminiculo una cum aere ita propelli, ut in hoc suspensa maneat sufficiens illarum copia, quae morbo producendo in unico sano, multo minus in omnibus fere oppidanis, par sit. Sed experientia ipsa pro huius asserti certitudine militare videtur: contagio-

fo-

forum enim morborum pessimus, atrocissimusque, pestis ipsa, per aerem atmosphaericum nullo modo propagatur. Quam quidem veritatem iam SYDENHAM. cognovit y), SWIETENIUS uberius exposuit z), et ill. de MERTENS propria denuo experientia edoctus confirmavit a): eademque in re consentientem quoque habemus cel. KLINT, medicum Russorum castrensem felicissimum b). De variolis, quas inter et pestem

y) *Opp. omn.* Genev. 1696. *Sect. II. C. 2. p. 118.*  
 x) *Comment. in BOERH. Apar. T. V. p. 15.*  
 a) *Observ. med. de febr. putr. peste, nonnullisque aliis morb.* Kindob. 1778. p. 88. 93. "Solo aegrorum et rerum infectarum contactu communicabatur; atmosphaera contagium non ibargebat; sed sanissima semper fuit. Visitando aegros tam prope adstabamus (Medici) illis, ut sola pedis distantia inter nos et eos saepe vix remaneret; et absque alia quacunque cautela, quam quod nec corpus, neque vestes, aut lectum tangeremus, a peste immunes permansimus. „ Cf. etiam p. 112 et 164.  
 b) Vid. in ill. BALDING. *N. Magaz. f. Arzte B. II. St. III. p. 194. 195.*

stem affinitas quaedam intercedere videtur c), inter medicos constat, illas eadem ratione, ut antea de peste retulimus, non mediante aere atmosphaerico, sanos aggredi, et epidemice grassari: qua in re non opus est copiosis auctorum testimoniis, quum uno fere ore loquantur. d) Quae quum ita sint, vix dubitare licet, quum in morbis maxime contagiosis et atrocibus miasma, epidemiam excitans, non haereat in aere atmosphaerico, in lue, quae ab hisce multis gradibus superatur, ut nostra, illius originem in contagiosa materia, quae per aerem dispersa sit, minime esse quaerendam.

### §. XLVI.

*Aeris atmosphaerici mixtio mutata in culpa videtur.*

Quodsi itaque in aere non haerebant  
efflu-

c) Cf. ill. de MERTENS l. c. p. 119.

d) Cf. etiam MERTENS ib. eod.

effluvia animalia deleteria, in ipsa aeris atmosphaerici mixtione alterata noxius erit quaerendus effectus. Ille enim non ex uniformi constat materia; sed uti praeclara cel. SCHEELII e) BERGMANNI f) KIRWANI g) experimenta docent, compositus est ex aëre phlogistico, dephlogistico et fixo. Primus ex hoc genere  $\frac{1}{8}$  totius aërei voluminis, secundus  $\frac{4}{8}$ , tertius  $\frac{1}{8}$  constituere a pluribus dicitur; h): sed nuperrime observata rem exactius determinant. Cel. enim SCHEELE i) evicit, aerem atmosphaericum continere dephlogistici  $\frac{2}{7}$ ; de fixo autem cel. PRIESTLEY iam con-

- e) Cf. *chemische Abhandl. von Luft und Feuer*, edit. a cel. LEONHARDI.
- f) Vid. Praefat. in cel. SCHEELE *commentat. et ill. viri Opuscul. chemica.*
- g) *Continuat. of the experiments and Observations on the specific gravities of various saline substances.*
- h) Cf. cel. LEONHARDI *l. c.* p. 216.
- i) Cf. *Kon. Vet. Acad. Handl.* A. 1779 p. 50-55; *N. Entdeck.* P. 7. p. 125, et SCHEEL. *lib. cit.* edit. LEONH. p. 269.

contendit k), eius  $\frac{1}{32}$  partem modo inesse aerae, quam haurimus, vitali; eandemque exiguam portionem adhuc esse imminuendam, ill. KIRWANVS censet; l) quin ipsa non nisi casu, atmosphaerico aeri inesse videatur. Cuius itaque mutata mixtio, quum non pendeat ab adiuncta aeris dephlogisticati quantitate; (hic enim vitae animalis maximum praesidium est;) nec ab acido aëreo solo, (quod atmosphaerae in nimis parca quantitate inhaeret;) rationi videtur consentaneum, morbidam illius constitutionem pependisse ab aeris phlogisticati nimium aucta quantitate. Videamus itaque, an rationes adsint in conditione tempestatis, quae morbo nostro praegrediebantur; ex quibus copiosa genesis aeris phlogisticati deduci, atque ex hoc phaenomena epidemiae nostrae explicari possint.

§. XLVII.

k) *Experim. et Obs. P. V. p. 31.*

l) *l. c. p. 42.*

## §. XLVII.

*Historia tempestatis per hyemem a. pr.  
et ver a. c.*

In genere, uti in pluribus locis iam indicavimus, tempestatis per totum hyemem et ver ipsum, maxima celerrimaque erat vicissitudo, ita ut humida et minus frigida, cum sicca et frigidissima, in una adeo nocte, alternarent: ideoque illa optimo iure humida, et pro ratione calida, si de potiori loquimur, vocari meretur. Nec minus aeris gravitas mutabilis erat, cum barometrum, testibus cel. MÜLLERO, MUMSENIO, STARKIO m), mox ultra consuetam altitudinem ascenderet, paucis horis post infra eandem valde deprimeretur, illamque mox iterum attingeret. Venti quidem ut plurimum fortioris, saepe vehementissimi, non una eademque directio

m) Conf. *Einrichtung des Klinischen Instituts, nebst tabellarischer Uebersicht des Witterungszustandes* cet.



rectio erat; interim tamen favonius et africanus per maius temporis spatium regnabant, quam boreas et meses; testibus cel. WITTWERO, MÜLLERO, MVMSENIO, aliisque. \*) Sed paulo accuratius tempestatis historiae, praeceduntibus cl. MVMSENIO, ACKERMANNO et STARKIO, nobis videtur adhuc describenda. Finitis caloribus aestivis, m. Octobri temperies erat modica, et constans, absque procellis et pluviis. Calor m. Novembr. illi, qui veris esse solet, accedebat, donec fulmina medio mense circiter exorta, eundem valde imminuerent. Ineunte Decembr. frigus per aliquot dies ita invalescebat, ut terra ad ulnae profunditatem congelata esset;

\*) Plures quidem sunt, quibus venti praecipue ex regionibus orientalibus procedere visi sunt; sed contradictionem apparentem tollere possumus observatione cl. MVMSENII (*l. c. p. 30*), nubes superiores saepe ab africo et cauro agitatae esse, dum inferiores curus continuo impetu propelleret.



esset; paullo post pluviae copiosae descendebant; circa ferias natalitias vernus regnabat calor; vergente mense frigus iterum, sed non constans ingru-  
 ebat. \*) Initio Ianuarii per aliquot dies frigus valde erat intensum; quo protinus decresciente, glacies nivesque nocturnae solis candore semper lique-  
 scebant: imo corylus, ut et flores praecoces, iam excitabantur; nec pluviae nebulaeque deerant. Ad medium Februarii usque continuum erat frigoris imperium; quo decresciente, glacieque soluta, copiose pluebat. †) Martii m. temperies mitis erat, et quae gelascebant noctu, interdium liquecebant; medium versus procellae frigidae fure-  
 bant

G

bant

\*) Cl. LUDWIG quoque asserit, hyemem adeo fuisse mitem, exceptis paucis diebus intensius frigidis, ut vix illius praesentia percipi potuisset.

†) Referunt cel. ACKERMANN et LUDWIG, m. Ian. et Febr. permultos esse mortuos, inprimis senes.



bant, protrudentes nubes, nive, gran-  
dine, quin et fulminibus foetas; reli-  
qui dies temperati erant et pluviosi.  
Calor m. Aprili ut plurimum ascende-  
bat ad  $40^{\circ}$ - $50^{\circ}$  Therm. Fahr.; et ver-  
gente mense ad  $51^{\circ}$ - $57^{\circ}$ ; coelum sub-  
inde erat turbatum fulminibus; tamen  
neque plane deficiebant nives glacies-  
que. Annotat cl. MUMSEN, (cui assen-  
tit cel. STARKE;) eorum continuum  
fere exercuisse imperium per 3-4 hebdo-  
mades, qui omnem rorem pluviamque  
impediverit; aerem fuisse adeo ficcum,  
et acutum, ut fere praefocaret, et oc-  
ciput ei obvertere cogeret. Hoc quo-  
que mense ut et praeterito barome-  
trum saepius mirum, quantum, descen-  
debat. Initium m. Maii perquam fri-  
gidum erat †) usque ad 6tum. eius,  
quo

†) De frigoris huius intensitate conquere-  
bantur plurimis locis, ut in Bohemia (*Hamb.  
Corresp.* N. 79.) Hungaria [*N. Hamb. Zeit.*  
N. 87. 93.] Austria (*l. c.* N. 75.) Italia (*l. c.*  
71.)

quo siccus tunc africanus calidiorum temperiam afferebat, licet dies obscuros frigidiores noctes adhuc sequerentur: nec deerant tempestates calamitosa, fulgura, et vergente in primis mense pluviae.

### §. XLVIII.

*Corollaria ex tempestatis indole. --- Aeris phlogistici quantitas adaugeta.*

Si animum vertimus ad eas mutationes, quae ex tempestatis descriptae ratione fluunt, patet, insolitum autumnii et hyemis a. pr. calorem, maiorem in modum promovisse exhalationes ex animalibus, vegetabilibus adhuc superstibus, (quae per breve modo diei spatium influxu radiorum solarium gaudebant,)

G 2

uti

71.) Hamburgi (*Corresp. N. 91 cet*) Notissimum est permagnam arborum, pomorum imprimis, olearum, vitium copiam mensibus vernis esse necatam a frigore; quod vero non tam eius intensitatem, quam potius illius subitam cum diebus calidioribus vicissitudinem probat.



uti et a terrae superficie; quae itaque aërem reddebant maxime onustum particulis inflammabilibus, et phlogisticis. Adde, pluvias copiosas vegetabilium partes emortuas penetrasse, quas emollitas calor citius iusto putredine resolverit: et habebis largum iterum partium inflammabilium fomitem. Quo facto colligere licet, dephlogisticatam aeris respirabilis partem non exiguam, copiosis effluviis inflammabilibus esse couersam in phlogisticatum n); cuius copia hoc tempore non imminui, ut vere et aestate, beneficio vegetabilium crescentium o) poterat. Multum etiam abest, ut me-

phi-

n) De ortu huius aeris ex dephlogisticato ope partium inflammabilium vide ill. KIRWAN. *l. c. p. 47.* (quo modo etiam aër fixus generari potest *ibid.*) De eodem, a corporibus putredine resolutis, et exhalationibus animalium progenito vid. cel. LEONHARDI *l. c. p. 179.* et cl. WIEGLEB *Handbuch d. Chem. B. I. §. 619.*

o) Vid. INGENHOVSZ *Experiments upon vegetables* cet.

phitidis phlogisticae quantitas primis  
h. a. mensibus comminuta a frigore vi-  
deatur; quum iusto calidiores dies fri-  
gidorum numerum multum supera-  
rent hoc quoque tempore, quo etiam  
venti tepidiores ut plurimum regna-  
rent; eademque potius caussae, aeris  
phlogistici proventum adauxisse con-  
fendae sunt.

### §. XLIX.

*Magna atmosphaerae electricitas.*

Ex tempestatis §. XLVII. descriptae  
ratione alius apparere videtur atmos-  
phaerae status singularis, nempe insi-  
gnis eius electricitas. Evidentum iam est  
experimentis cel. VIRORVM saepius  
repetitis, aerem esse idio-electricum p),  
qui fere semper in vero, ut plurimum  
positivae, interdum negativae, saepius  
repente alternantis, electricitatis actu

G 3

con-

p) Cf. ill. BERGMANN *Erdbeschreib. im Aus-  
zuge* p. 125. et CAVALLO *Abh. v. d. Electri-  
citat* p. 11.



constitutus est: q) eaque ab interna particularum aerearum frictione, ventis, torrentibus aeris, nubium cursibus excitatur r). Fortior saepe est frigoris tempore; nec minus, si aeris repentinae mutationes \*) multaeque, nebulae adsunt s): quin nubes, et inde decidentis pluviae, nives et grandines, ipsae sunt electricae. Praeterea adhuc notandum est, electricitatem in genere, eo fortioerem esse, quo maior adsit partium phlogisticarum copia. \*\*) Quae omnia si applicentur ad ea, quae §. XLVII et

q) Vid. CAVALLO *l. c. p. 250*: aër arte electricus redditus, explosionis capax est (*ibid. p. 185*:) ex quo etiam experimento plurima meteora luculentius explicat cel. AVCTOR.

r) Cf. ill. BERGMANN *l. c.* CAVALL *l. c.*

\*) Vid. CAVALL. *l. c. p. 51.*

s) Idem *l. c. p. 254.*

\*\*) Cel. PRIESTLEY arbitratur, materiam electricam, aut phlogiston ipsum esse, aut illam hoc continere (*l. c. Vol. II. Sect. 13.*) cui accedunt cl. HENLY et cel. CAVALLO, (*l. c. p. 84. 85.*) quibus probabile est, phlogiston, electrici-

et XLVIII. enarrata sunt, dubitare vix licet, atmosphaeram magna et diuturna gavifam esse electricitate; \*) cuius luculentiora quoque appuerint indicia, quum cel. WITWER, MÜLLER, MUMSEN, ACKERMANN, et TOPPE) saepe

G 4

in-

lectricitatem, et ignem, varias solum esse modificationes unius eiusdemque elementi; [simili fere ratione, uti tres adsunt fermentationis gradus.] Ill. KIRVANO (*l. c. p. 34.*) quadam veri specie gaudere videtur opinio, materiam electricam nil esse nisi phlogiston, forsan centies aere inflammabili rarius, ideo continens multo maiorem ignis quantitatem. Cel. KRATZENSTEIN (*Vorles. üb. Exper. Phys. Kopp 1781.*) materiam electricam positivam acidum, et negativam phlogiston, ill. autem R. FORTERVS, [in litt. ad PRAES.] istam ignem, hanc phlogistor, esse censet: cel. vero KLÜGELIVS noster (*Encyclop. Tb. 2. p. 144.*) phaenomena ex mutua actione chemica partium ignearum in phlogiston et v. v. egregie explicat.

\*) Non praetereundem hac occasione mihi videtur, quod in 22 observationibus a cel. CAVALLO institutis (*p. 237-250.*) in 14 observenti ex regionibus australibus et occidentalibus provenerint, qui itaque electricitati praecipuis favere videntur.

t) In litteris ad PRAESIDEM: Idem naturae

ACU

intemperiei coeli, fulminumque mentionem faciant. Ex hac ipsa quoque aeris conditione \*) deducendum videtur novum adhuc et insigne incrementum illius partis phlogisticae: notum enim est, materiam electricam in plura aëris genera agentem, ut in aërem fixum u), atmosphaericum et dephlogi-

stissimam acutissimam observator addit, illum febris catarrhalis epidemiam, presso pede intemperiem coeli subsequutam, observasse A. 1769 m. Aprili; quae quidem subito aegros aggrediebatur calore febrili, tussi, affectibusque anginoideis, et pleuriticis. Pulsus erat plenus, lingua aut mucosa tecta aut penitus sicca, urina crocea; ciborumque appetitus plane deficiebat. Medebatur cl. TOPPIVS morbo venae sectionibus, mixturis temperantibus, oxymelle scillitico et camphora, potuque tepido diluente, et, pro re nata, ipecacuanha; qua ratione nulli, nisi aegrotorum, auxilia medica procrastinantium, vitio fati cedebant.

\*) Aëris varia genera illiusque electricitatem ad epidemiam nostram forsitan aliquid contulisse suspicantur cel. WITTWER (*l. c. p. 32.*) et MUMSEN (*l. c. p. 32.*)

u) Cf. cl. LEONHARDI *l. c. p. 177.* et ill. KIRWAN *l. c. p. 47.*



sticatum x), illum reddere phlogisticum y): cuius iusto maior in atmosphaera quantitas non potest non noxios in corpus humanum edere effectus.

§. L.

*Morbi genesis probabilis.*

Ex illis, quae hucusque proposuimus, inter se collatis, hunc nobis fingimus ortum progressumque epidemiae nostrae. Atmosphaera magna copia particularum inflammabilium, (quae pro parte dephlogisticatam illius portionem quadantenus reddiderant phlogisticatam, ubivis locorum erat referta: hinc et ad maiorem

G 5

fue-

x) Si quis esset, qui nobis regereret, ad hanc transmutationem requiri vera fulgura perceptibilia; illum referimus ad cel. CAVALLO experimenta cum sic dicto dracone electrico instituta, qui magnas edebat explosiones visu quoque et auditu facillime cognoscendas; licet nulla aderant tempestatis vere calamitosae signa: (*ibid.* p. 233. 241. 242. 247.

y) Cl. LEONN. *ib.* p. 213. CAVALLO *l. c.* l. p. 50.



sueto electricitatis gradum suscipiendum  
 erat disposita (§. XLIX.) Quae si ita fue-  
 rint, haud difficile est conceptu, ingentem  
 a repentina tempestatis frigidioris cum  
 calida alternatione, a ventorum vehe-  
 mentia, aliisque rebus circumstantibus  
 electricitatem aeream in regionibus e-  
 pidemiae natalitiis, revera potuisse ex-  
 citari. Quo facto progredientes in vi-  
 cina loca venti, (per se statum aeris e-  
 lectricum iam inducere valentes, auras  
 vero adhuc advehentes iam valde ele-  
 ctricas,) poterant particulas inflamma-  
 biles eo facilius similem in motum  
 ciere, eaque ratione electricitatem suc-  
 cessive propagare; quae tunc effectus  
 suos, inprimis aeris phlogistificationem,  
 producere valebat. Maiori adhuc ac-  
 cumulationi mephitidis phlogisticae eo  
 tempore, quo epidemia in regionibus  
 nostris regnaret, favebant deficientes  
 pluviae, quum nimirum aqua vario mo-  
 do eidem puritatem quandam reconci-  
 liare

liare valeat. z)

§. LI.

*Praecipuorum morbi symptomatum explicatio.*

Quum, veritate propius, nisi omnia nos fallunt, remotum esse probaverimus, quod electricitas atmosphaerae maior, eiusque portio phlogistica adaucta, tempore epidemiae adfuerint; incumbit nobis adhuc, ut ex iisdem praecipua phaenomena explicemus, quae in morbo nostro observata sint. Magna electricitas aërea videtur, stimulo suo\* citatiorem circulationem suscitare, eodemque corpus, tempestate antecedente iam debilitatum, impuritatibusque onustum; ad spasmos varios posse pronum reddere, quorum genesi aeris repentinae mutationes, velut tot caussae occasionales, maiorem in modum faverent; quibus adhuc accedit qualitas vitiata aëris respirabilis. Illius in genere ad sanitatem conservandam necessi-

tas

z) Cf. cel. LEONHARDI *l. c. p. 198. 2.*

\* Eundem forsitan aëris fixi paulo maior quantitas adhuc adauxit.

tas et utilitas in eo consistere videtur, ut particulas inflammabiles salinasque, circulatione evolutas, e pulmonibus praecipue a), uti etiam ex corporis superficie absumat b), quod itaque ab illis liberet. Sed hoc officio pars aëris dephlogistica fungi solummodo potest; quo praestito mephitidi phlogisticae similis evadit: e contrario vero e sanguine partem inflammabilem superfluum aër phlogisticatus non solum tollere nequit; sed humoribus quoque aliquid phlogisti impertitur. c) Quae cum ita sint, sequitur aërem respirabilem, si nimiam contineat portionis phlogisticae quantitatem (§. XLVIII), non posse iustam partium inflammabilium copiam sanguine educere: hinc in genere illae nostro in corpore accumulatur; quod in

spe-

- a) Vid. cel. PRISTLEY in *Phil. Transact.* (Cf. *Chem. Journ. Tb. I. p. 207.*) et in *Versf. u. Beobacht. üb. d. Luft. Tb. 3. p. 52. sq.*
- b) Vid. LEONH. *l. c. p. 217.*
- c) Cf. PRIESTLEY *Versf. l. c. p. 70. 74.*

specie fit in partibus, aëris actioni spe-  
 cialius expositis; ut in viis aeris, et im-  
 primis in pulmonibus, excretioni su-  
 perflui in humoribus phlogisti praeci-  
 pue dicatis. Maior partium inflamma-  
 bilium quantitas quum humoribus spif-  
 situdinem phlogisticam induere valeat,  
 mirum non est, hoc fieri maxime in  
 iis partibus, quae illarum magnam co-  
 piam, excretionis, (nunc suppressae,)  
 caussa accumulata, iamiam continent.  
 Spissus itaque in hisce praecipue parti-  
 bus sanguis stagnabit, imprimis quum  
 frigus externum, vasa constringens, acce-  
 dat; hinc illae inflammationes plus mi-  
 nus graves, in viis aëreis, pulmonibus-  
 que imprimis; hinc catarrhi, et affe-  
 ctus pleuritici; cet. (§. XLIII.) Idem ef-  
 fectus ab aere phlogistico oriundus a  
 posteriori quasi demonstrari potest:  
 quodsi enim aer respirabilis, iusto maio-  
 rem phlogistici copiam continens, ube-  
 rio-

riorem materiae inflammabilis quantitatem in sanguine relinquat, hicce nimio phlogisto onustus, ater apparet \*); qui vero color quum sanguini quoque inflammatorio competat; illius ad inflammationes hac ratione dispositionem indicare videtur.

## §. LII.

### *Prostratio virium.*

Alterum, quod constans morbi nostri fuisse deprehendimus symptoma, singularis nimirum virium prostratio, nobis nunc explicandum est; quod ut fiat, in mentem revocandus est effectus, quem aer phlogisticus purus edit. Qui quidem subito necat, ita ut animal consopitum quasi exspiret: d) observatio-  
ne

\*) Cf. PRIESTLEY *l. c.*

d) Cf. in ill. BERGM. opp. Vol. I. Dissert. *de acido aëreo* §. 26. Cel. ACHARD experientis evicit (cf. *Mem. de l' Acad. R. de Berl. A. 1778.*) asphyxias inde ortum suum trahere, ut pulmones phlogisto, quod excernendum sit, non

ne quoque saepius repetita constat, homines, qui aperuerint puteos longe ruderatos, sarcophagos antiquos, et cloacas (quae omnia huius mephitidis plena sunt e), protinus, absque suffocationis signis, prostratos, nictu citius, animam efflasse. \*) Lethi itaque caussa immediata illius in nervosum systema actio, eiusque sufflaminata prorsus vis, esse videtur; hinc iam colligere licet, aerem phlogisticum, in atmosphaera dispersum, tam pestiferos non edere quidem effectus, sed iusto maiori copia accumulatum, vim nerveam valde debilitare

non liberentur: eadem sine dubio erat ratio miserrimae mortis Anglorum, in *antro* sic dicto *atro* inclusorum. Cf. E. IVES *Reis. nach Indien Th. I p. 162.*

e) Vid. cel. GMELIN *Einleit. in die Chem. p. 48.*

\*) Hunc effectum non pependisse ab aëre fixo, inde apparet, quod hicce, gravior atmosphaerico, non asceudat, quum e contrario phlogisticus levior respirabili sit.



tare tamen, viriumque prostrationem inducere posse. Cuius quidem rei habemus exemplum aliud in ista plane singulari debilitate, quam plures homines, instante coeli intemperie, sentiunt, quaeque minime a solo calore relaxante pendet.

### §. LIII.

#### *Fomitis biliosi genesis.*

Qui in plurimis ab epidemia correptis, licet non in omnibus apparuerit, aderat fomes biliosus, ex rationibus superius allatis explanari quoque posse videtur. Monstravimus enim, §. LI. partes inflammabiles in corpore sensim adaugeri, si solito alias more non excernantur: quae vero si magna in copia massae humorum inhaereant, ad auctae bilis, (ut materiae corporis nostri maxime inflammabilis) secretioni impensius favere, ex principiis medicis notum est. Quod quidem eo facilius eve-

eve-



eveniet, si tempestas simul humida et calida adfuerit; uti apparet ex febribus Indiae occidentalis flavis \*), et nostris biliosis aestivis x): quibus in casibus calor maior partium inflammabilium generationem copiosiore[m] promovet. Si itaque ex tempestatis repentinis mutationibus, ex electricitatis aereae in nervos actione, eorumque debilitate (§ LII.) oriuntur spasmi peripherici, (quorum facilem hac ratione genesis esse apparet): secretionem cutanea[m] suppressa[m] adaugebuntur reliquae, eaeque imprimis, ad quas larga adest materia. Hoc itaque modo biliosus orietur fomes y) in iis imprimis, qui ante morbum, magnam iam bilis quantitatem, a tempestatis praegressae ratione aliisque causis orta, turge-

H ge-

\*) Cf. cl. L. MAKITTRIC *de febre indiae occidentalis flava* · cl. I. MOULTRIE *de febre maligna Americae flava*: celeb. LIND. *üb. d. Krankh. d. Europ. in heißen Klimaten*.

x) Vid. cel. TISSOT *diff. de febribus biliosis*.

y) Ill. WEIKARD. iam contendit, istum fomitem non esse causam morbi, sed effectum constitutionis epidemicae. (*l. c. p. 242.*)



gebant; aut quibus, quae noxia erant in corpore, ad primas semper vias deferbantur.

#### §. LIV.

*Quorundam adhuc symptomatum explicatio.*

Haec sunt, quae nobis, de origine epidemiae nostrae meditantibus, occurrere; quaeque ad illam explicandam facere nobis visa, L. B. iudicio limato omni, qua par est, observantia subiicimus; modo monentes, nos eas, quas protulimus, rationes non pro certis, solum vero probabilibus venditare, illasque periculi loco esse oblatas, quo iudicare liceat, an praeclara recentiorum inventa de variis aeris generibus, reliquaque illius conditione, hoc modo in usum doctrinae medicae, imprimis pathologicae, possint applicari. Laetabimur maxime, si haecce conamina non prorsus inania censeantur; aut si peritiores in scientia naturali et salutari viros exciterimus, qui doceant his rectiora.

Quod-

Quodsi vero, quas proposuimus ad illas difficultates enodandas, rationes non plane reiiciendae \*), sed fundamenti ad instar ponendae videantur; facilis erit systematica ortus morbi, omniumque eius symptomatum explicatio, regulis pathologicis conformis; cui eo lubentius superfedemus, quo magis limites dissertationis academicae iam fere transiisse videamur: liceat modo, quaedam adhuc velut digito attingere. Senes ea ex ratione plus ceteris a morbo peri-

H 2

cli-

\*) Minus insulas speramus videri rationes nostras illis, quas passim in novellis publicis a medico Austriaco profectas legimus: nimirum liquefactam a caloribus aestivis *glaciem putrefactam*, aut (uti minus abnorme in aliis dicitur) e glacie fusa evolutam uberio-rem materiam frigorificam, epidemiae causam esse. Alius quidam in novellis Magdeburg. soli nitroso aëri eandem tribuere haud dubitat. - De reliquo notandum adhuc est, aëris conditionem noxiam excitasse quoque epidemias in equis (*n. Hamb. Zeit. St. 97.*) in canibus, felibus, gallinis; tellibus cl. *VIRIS Nose, et Topp* (in litt. ad PRAES.): hic quoque annotat, catulos in genere fuisse et rariores et deteriores, quum plures abortivi fuerint.

clitabantur, quia iis solida rigidiora, vasa angustiora, atque humores impuri, iustoque tenaciores sunt, ideoque stagnationes facilius oriri, (§. L.) orta difficilius dispelli possunt; vis vero nervea, longo annorum usu iam maxime tenuata, levi de causa accedente (§. LI.) irreparabilia damna patitur. Debiles simili prope ex ratione gravius decumbent; parem quoque conditionem fuisse eorum, qui partium antea iam infirmatarum, praecipue pectoris, vitiis laborarent, mirum non est, quum in loca minus resistentia aut iam irritata, humores sublato aequilibrio ruere ament, quae hisce tunc minorem opponere resistentiam valeant, adeoque gravius afficiantur necesse sit. Potuum quoque calidorum amatoribus periculosior erat morbus, tum ob humorum impurorum tenacitatem, et partium phlogisticarum copiam; cum ob nervos irritatione perpetua

petua debilitatos. Infantibus vero, qui omnium maxime epidemiae imperio se subducebant, aut mitius illud experiebantur, solida sunt mollia, vasa laxa, humores puriores, nec phlogisticae ad eo indolis; neque vis nervea usu est detrita, licet nondum penitus confirmata; itaque contraria, quae in senibus, obtinet ratio. Quae melior ceteris observabatur conditio aegrorum, qui aere aperto liberius utebantur, ex superius allatis (§. LI.) petenda videtur; aer enim, (cuius parcior iusto iam erat portio dephlogisticata,) inciusus conclavibus, iisque calefactis, respiratione ipsa et exhalationibus accumulatis, magis adhuc phlogisticatus reddebatur: qui itaque plus aperto laedere aegrotos necesse erat. h) - - Morbi tandem solutio pen-

H 3 dere

i) Hic quoque causa forsan later, ex qua in morbis putribus, nosocomiorum imprimis, fustimenta carbonibus inspersa saepe nocent



dere videbatur ab adaucta materiei phlogisticae excretionem, qua vel sudoribus prorumpentibus, vel evacuationibus primarum viarum, corpus liberabatur: ille vero recurrebat, si materiae noxiae minus parca nec critica praece-  
debat eductio; aut eiusdem quantitas in corpore haerens nimia erat, quae evacuationibus, licet copiosis, tota expelli potuisset; quaeque ideo, accedentibus causis occasionalibus, turbas antiquas renovare valebat.

### §. LV.

#### *Merbi antiquitates-Prognosis.*

Catarrhum, in quo describendo et ex-  
ant; (uti cel. TOPPIVS animadvertit, qui perflatum aëris praefert.) Flagrantia enim quaecunque partem aëris dephlogistici absumunt, phlogistici augment. Quo etiam modo ratio reddi posse videtur incrementi pestis Masilliensis maximi, post rogos incensos: respirabilis enim aëris, (cuius iam portionem iusto maiorem, ob tot cadavera putrida, phlogisticam fuisse censendum est) pars purissima a flamma nimium videtur esse consumpta; cet.

explicando hucusque defudavimus, epidemicum ad morbos recentius modo observatos non pertinere, inter omnes constat. Veteres, quorum adhuc opera aurea prostant, scriptores Romanos eiusdem mentionem iniecisse, quem saepe sub pestis nomine depinxerint, novissime ill. HEYNE, vir de re litteraria eximie meritis, rationibus optimis evicit. \*) Ab hocce tempore usque ad felicissimam litterarum Saeculo XVI. factam restorationem, vix operae pretium, iudice cel. WITTIWERO i), esse videtur, ut in illius contexamdam per haecce saecula barbara, historiam laborem insumamus, licet eius vestigia aperta in antiquioribus quibusdam, uti in *Palesco de Taranta, Marchesi*, (plures ut taceam,) occurrant. Eo vero cura-

H 4

rius

\*) Vid. illius Progr. *de febr. epidem. Romae* falso in pestium censum relat. Gött. 1782. fol.

i) *loc. cit. pag. 52.*



tius descriptas habemus similis epidemiae, ab illo tempore ad nostra usque, saepius recurrentis, historias, quas indicavit cel. CVLLENIVS, (l.c.), singulari autem studio collegit cl. WITTWERSK), quasque hoc loco repetere superfluum

k) In transitu addam, in manus meas forte incidisse adhuc descriptionem epidemiae 1580: (*Beschreibung der alten löbl. Bergbaupstadt Freyberg u. Meissen. II Buch v. ANDREA MOLLERO, PEGAVIO, Freyberg 1056. p. 336.*) quae non multum diversa est ab illis, a cl. WITTWERO collectis (l.c. p. 58-68.) Refert ille, quosdam vehementi vomitu correptos, alios de angustia pectoris, et praecordiorum conquestos, omnes vero ingenti calore febrili cum cephalalgia, coryza et gravi tussi esse affectos, quae omnia 4-5 die evanuerint; praecipue adhibitis lenibus purgationibus: venaesctionem vero omnibus fere lethalem fuisse. De cetero locus a KNAVTIO adductus (cf. WITTW. p. 68. \* 23.) ex eodem desumptus videtur, qui de reliquo ad POLLMANNVM quendam saepius provocat. - Praeter ea mentio iniicienda videtur epidemiae, aliquot ante annos grassantis Parisiis; roseolae, quam *Coquette* vocabant. (cf. ill. WEIKARD in *n. Mag. f. Aertzte B. IV. St. 3.*) Inde ulterius progressa prius obser-

fer-



fluum fore ducimus, quum facile nemo,  
haec nostra legens, sit, qui alterutro  
careat. - - De morbi nostri prognosi  
nulla habeo, quae adiiciam iis, quae  
iam historiis superius prolatis intertex-  
ta sunt: mitis nimirum erat, sua indo-  
le non lethifer, nec atrox nisi in senes,  
infirmatosque, aut illos, qui perversa  
potius medendi methodo, quam medi-  
cis peritis uti vellent.

### §. LVI.

*Medendi methodus - Naturae autocratia -*

*Remedia domestica.*

Progredior nunc ad describendam  
rationem, quam cel. VIRI in debellan-  
do morbo adhibuerunt; eaque in re,  
eodem quo eius historiae enarratae sunt,  
procedam ordine. Naturae solius vim  
in illo fugando saepissime observavit

H 5

cel.

servabatur Manhemii, et Moguntiae, quam  
Fuldae; postea adhuc in Saxonia: univer-  
salis quidem erat, ac mitis, nullique fere  
mortem inferbat,

cel, WITWER 1), praecipue in aegrotis, supra §. vi. descriptis; qui quidem sub initium aliquoties vomentes, alvumque deponentes, subsequenter haecce sudoribus, omnium citissime et tutissime sanabantur. Levius affecti (§. vii.) transpirationi a vino, eiusque spiritu, (aqua, saccharo, citrique succo temperato [*Punsch*], a thea, et motu fortiori adauctae, integram restitutionem tribuebant, quorum licet aliqui alvum laxiorem experirentur. Cf. WITWERVS in se ipso urinae secretionem copiosam, sponte sua exortam, animadvertibat. Qui vero soli naturae fidentes, vehementissimum morbi impetum. (§. v.) sustinuerant, valde obnoxii erant illius recursui. - - Remedia domestica, a plebe adeo adamata, nec in nostra epidemia spernebantur; imprimis sudori promovendo dicta; ut pulveres *Marchionis* et *Michaelis*, lapidum cancrorum, car-

1) *Loc. cit. pag. 19.*

cardui benedicti; et quae tussim lenire  
 censentur, species pectorales, quin i-  
 pfae vulpis pulmones. Alii oculatiores  
 floribus et apochylismate sambuci, ni-  
 tro, oxymelleque scillito utebantur, quae  
 levioribus in affectibus iure suo opem  
 ferebant. Negligeantur venaesectiones;  
 (et id quidem optime;) uti quoque la-  
 xantia, cuiuscunque generis.

§. LVII.

*Methodus m. cel. WITTWERI.*

Morbum debellaturus cl. WITTWE-  
 RV S ad naturae nutus totum se fingere  
 animo intendebat. Ad motus itaque fe-  
 briles primo iam die compescendos,  
 utebatur mixtura ex aqua fl. sambuci  
 vel rubi idaei, cum nitro, aut alio  
 sale medio vel cremore tartari, roob  
 sambuci, subinde spirit. nitr. dulc.,  
 oxymelle, aut alio syrupo acidulo pa-  
 rata. Pulveres componebat e Magne-  
 sia, nitro, aliove sale; cui addebat, tus-  
 sis



sis leniendae caussa, pulverem r. Gly-  
 cyrrhizae. Secundo die, motibus febri-  
 libus imminutis, et patefacto, qui in  
 plurimis aderat, fomite bilioso, prae-  
 scribebat infusum laxativum Viennense,  
 vel aliud mannatum, cum addito sale  
 Seignettiano aut nitro; vel eundem in fi-  
 nem utebatur, sale *Seignetti*, aut *Glaube-  
 ri*, solis; aut Rheo cremori tartari ad-  
 mixto. Vix bis terve cl. VIRO in tota  
 epidemia opus erat ipecacuanna,  
 quam non acuebat, ut alias solet, tarta-  
 ro emetico, qui heic totum effectum  
 per inferiora edebat. Peraetam pur-  
 gationem sequebatur celeris aegritudi-  
 nis levatio, et febris cum noctis proxi-  
 mae sudore abibat; revertentibus nunc  
 viribus, ciborum appetentia et naturali  
 faciei colore, ita ut modo paucissimi,  
 serius reconvalescentes aliquot diebus  
 post, iterata purgatione indigerent.  
 Tussi, ut plurimum persistenti, licet hu-  
 mi-

mi-

midiori opponebat pulverem e sulphure antimonii aurato, Glyzyrrh., iride Flor., et elaeofaccharo anisi, foeniculive: aut alium e pulv. Carthuf. c. Glyzyrrh. et Magnesia, rel.; linctum ex Oxymelle scillit., Syrup. Diacod., et Alth.; quibus adiciebat infusum theiform, herb. pectoral. cum arnic. Remanentem, licet copiosa satis expectoratione, tussim parvam siccam, digestionemque infirmatam tollebat propinata solutione extractorum amarorum c. laud. liqu. s y d. remixtorum, vel Cort. Cascar. c. Opio. Hystericarum tussis saepe poscebat connubium remediorum nervinorum e. gr. camphorae, et valerianae c. pulv. Carthuf. Haec erat cel. viri methodus in aegrotis, auxilium suum protinus efflagitantibus; quae eo erat coronata successu, ut eorundem nullum desideraret, illosque a morbi recursum tutos redderet. In aliis vero iisque im-

pri-



primis e sexu sequiore, quibus, aut nullis, aut quod peius, perverfis medicaminibus adhibitis, morbus in 3-4 hebdomadem protrahatur, aderat ingens virium prostratio, facies flavidiuscula, pressio in cordis scrobiculo, tensio abdominis, nausea, conatus vomendi, aut vomitus spontaneus, haud levans; alvus obstructa, lingua impura, pulsusque celer, et parvus. Quibus, praemisso remedio digestivo, propinata ipecucuanha levamen afferebat quidem, sed bis terve repetenda erat, (quum sueta laxantia nunc non bene ferrent,) priusquam integra sanitas rediret, cui confirmandae cortex adhibendus erat.

### §. LVIII.

*Methodus m. cel. MÜLLERI.*

**Cel. MÜLLERVS** venaesecionem, quam in genere maxime dissuadet, in paucissimis casibus, quos curatius determinat, adhibebat: ut plurimum vero de  
eli-

eliminandis primarum viarum sordibus  
 cogitabat: quas vero, si lingua sicca, mu-  
 cus copiosus tenax, et alvus obstructa  
 erat, prius dissolvere studebat. Quem  
 in finem, applicato clystere, potum or-  
 dinabat largiorem, et salia media par-  
 vis et repetitis dosibus; e. gr. pulverem  
 e nitro, cremore tartari, et saccharo  
 mixtum; aut solutionem salis ammonia-  
 ci et Glaub., melle edulcorandam, par-  
 titisque vicibus sumendam; quae alvum  
 laxam, linguam humidam reddebant.  
 Quibus praemissis, calore mitiori, ae-  
 groque debili, tincturam rhei cum sale  
 Glaub. praescribebat; aut, febre vehe-  
 mentiori, tamarindis et sale Frideric. u-  
 tebatur: si vero illa remedia digestiva,  
 nauseam ingentem, vomendique cona-  
 tus excitarent, et linguam flavam redde-  
 rent humidam, aut haecce symptomata  
 iam ab initio adessent; ipecacuanha opus  
 erat, parvis portionibus assumenda; tunc  
 quo-



quoque emetico-cathartica, e.gr. solutio tartari emetici, salisque Glauberi, cum melle remixta, conducebant. Diarrhoea, sponte primis morbi diebus exorta, spem excitabat, fore ut illius symptomata mitiorem prae se ferrent speciem: interim illa adiuvanda erat tinctura rhei, cum sale amoniaco, vel terra foliata tartari copulata: si vero, quae diarrhoea torminosa excernebat, erant valde mucosa, spumida, minus olentia tinctaque; opem ferebat mixtura ex tinct. rhei et aquae f. partibus aequalibus, olei lini  $\frac{1}{4}$  p., salis cath. amari  $\frac{1}{8}$  p. parata, et cochleatim deglutienda. Dolores vehementiores colicos minuebat fofus, quum sacculi, floribus chammomillae et fambuci repleti, calefactique, aut panni, aqua calida imbuti iterumque expressi, abdomini imponerentur. Si diarrhoeam comitarentur sapor amarus, nausea, vomendique conatus; et lingua tremula madida esset; parca sed saepius repetita

tita



tita emetica propinanda erant. Cognita ex ano excoriata, doloribus et flatibus in abdomine, excrementorum acridine, danda erant decocta mucilagifera e R. Graminis, C. C. rasura, et Gumm. arab. Si vermium indicia, quae plerumque in morbi initio se prodebant, animadvertenterentur; anthelmintica, et ad mucum copiosum, simul praesentem incidendum, resolventia iungenda erant laxantibus: quem in finem conferebat electuarium, e. gr. e Melle, nitro, R. Valerian., et Jalapp. paratum. Pro potu egelido interserviebat aqua cum oxymelle, vel succo citri, saccharo temperato; aut Decoct. aven. aut cerasor.: vel syrapi rubi idaei, acetosae, alique, aquae admiscebantur, cui ad vehementiorem calorem minuendum, subiade aliquid nitri addendum erat. Tussi vehementi, siccae, convulsivae medebatur infusum theae calidae, sorbillandum; succus glyzyrrh; syr. papav. rh. cum  $\frac{1}{2}$  spirit. salis dulc. re-

mix-

I



mixtus ; vaporesque aceti. Dolores  
 pleuristici copiosum poscebant usum ni-  
 tri, et inunctionem linimenti volatilis  
 in regionem exquisitius dolentem. So-  
 porem deliriaque optime fugabant fo-  
 mentationes abdominis et pedum cum  
 pannis madidis; et clysteres cum oleo  
 lini adiecto. Sudores exorti non suppri-  
 mendi, sed potius multo potu, saepe  
 quoque infuso et roob sambuci, adiu-  
 vandi erant. Expectoratio, ex votis non  
 cedens, utplurimum pendebat a febre  
 superstite; quae itaque non calidis me-  
 dicamentis, sed salibus mediis resollen-  
 tibus cum aqua et oxymelle remixtis,  
 potuque refrigerante, adiuvanda erat;  
 proderat quoque aqua selterana; et de-  
 bilibus, adversus tussim parvam liccam,  
 spasmodicam, subinde vini poculum.  
 Aer in conclavibus nimis calidus, aequè  
 oberat, ac frigidus. Nonnullis, olim  
 iam, et a morbo diutius perpeffo debili-  
 bus, conducebant diaphoretica nervinis

nupta; saepe etiam roborantia; uti e.  
gr. extracta amara cum salibus resol-  
ventibus remixta; nocere tamen vide-  
batur cortex peruvianus.

### §. LIX.

*Methodus cl. MUMSENI; medicique Vitemb.*

Cl. MUMSEN. in genere de morbo nostro  
observabat, illum ut plurimum sublatum  
esse transpiratione universalis, leni adau-  
lecti calore; maiorem vero pituitae no-  
xiae copiam excussam uberiori expecto-  
ratione; primarum autem viarum impu-  
ritatem excitasse vomitum et diarrhoe-  
am; sed febrem iam motam urinae sedi-  
mento lateritio esse solutam. Plurimi natu-  
ram medicam salutabant; perpauci venae-  
sectione indigebant, plures autem emeti-  
cis et laxantibus; raroque vesicatoriis o-  
pus erat: quibus vero fortiora huius con-  
ditionis remedia obtrudebant medicastrum  
periclitabantur, quin succumbebant. At  
enim vero praecipua cl. VIRI medicamen-



ta haec erant, secundum vires et morbi symptomata sic disposita: Cremor. tart., succus citri et aurantior., Manna, sacchar., mel, anis., foenicul., Gumm. arab., fol. Sennae, nitrum, crocus, laudanum, camphora, spir. sal. ammon., ceter: febrigue in quibusdam adhuc superstiti medebatur cortex peruv. et vitrioli acidum. - - Cl. *medicus Vitemb.* (cf. §. xviii.) suadebat calorem temperatum externum, potum mucilaginosum tepidum, lenia medicamina diaphoretica et resolventia, pediluvia tepida, et metastasi ad partes nobiliores exorta, vesicatoria et irritantia. Venaesectionem quidem in genere maxime reiiciebat, sed in quibusdam nihilominus necessariam fuisse ex aliquot observationibus colligebat.

### §. LX.

*Methodus m. cel. ACKERMANNI.*

In inflammatoria morbi indole (§. xx.)  
cel.

cel. VIR in genere quidem antiphlogi-  
 stica methodo utebatur; sed strictiori  
 illius, in veris purisque inflammationi-  
 bus adeo necessariae, observatione; et  
 usu largiori nitri, malum, partium tono  
 nimis debilitato, prolongabatur; in quo  
 ceterum venaesectio noxia ut plurimum  
 erat, nisi febris vehementia, pulsus ple-  
 nus durusque, et corporis constitutio il-  
 lam suaderent. Ad tenacem, pulmones  
 velut inundantem, pituitam resollen-  
 dam adhibebat cl. VIR pulverem e dua-  
 bus partibus salis ammoniaci, una p. ni-  
 tri, paratum; infusumque fl. sambuci, u-  
 ti et foliorum hyssopi, cum oxymelle  
 remixtum, quod semper magna in ob-  
 structionibus pituitosis praestat. Tussi  
 humidori reddita, dabat spirit. *Minder.*  
 cum hydromelle aut roob sambuci;  
 contrario vero in casu infuso sambuci  
 addebat Decoctum R. gramin. et tara-  
 xi. Quibus per 4-5 dies adhibitis prae-  
 scribebat pulv. Carthuf. c. melle et Gal-  
 bano.



bano mixtum, expectorationem egregie promoventem; et tunc loco maxime dolenti vesicatorium imponebat; totamque tandem curationem decocto herb. amar., ut Centaur. m., Trifol. fibr., et Fumar., et vino chalybeato absol-  
vebat. \*) - - In febre catarrhali (§. XXI.)

ea-

\*) Cl. GRAMBERG in pleuritide, bilio-  
rheumat. epidem., quam maxime damnat  
venaefectionem: sed statim ipecac. c. tartar.  
emet. remixtam propinabat, nisi dolores  
spasmi que antea minuendi essent vesicatori-  
is ad furas, inunctionibus abdominis, cly-  
steribusque. Aliquot horis post emeticum,  
praescribent laxans e Seana Manna, crem.  
tart. Sem. Foenicul. paratum; aut solutio-  
nem salium mediorum et mannae, partitis  
portionibus assumendam (quam reliquis quo-  
que diebus, sed minori in dosi, adhibebat);  
applicabantur etiam quotidie plures clysteres  
e fl. chamom. S. Cumin. Melle, Oleo et sale;  
vel e sero lactis c. oleo. Sufficiente evacuatio-  
ne facta, fugataque symptomatum vehemen-  
tia, quod die 6-7 eveniebat, utebatur pulvere  
e Crem. tart. Rheo, et C. Aurant., et Mixt. ex  
Inf. Sambuci c. oxym. et Roob Sambuc. Ve-  
sicatoria, sub initium applicanda, aperta  
servabantur. Adversus tussim opem fere-  
bant ptisanas ex pectoralibus, Oxymel. c.  
Syr.

eadem erat adhibenda methodus; sed ad perspirationem melius promovendam, potu copioso diluente incidente saponaceo, tepidoque, ut e. gr. infuso fl. sambuci c. H. malvae, R. Gramin. et Scorzon. opus erat: quem in finem quoque arcanum duplic., saepius ad scrupul. I. datum, egregios praestabat effectus, transpirationem nocturnam imprimis promovens. Quodsi noctem versus aliquot doses nitri, absorbentibus terreis remixti, propinarentur; eo certius cutis madere cl. viro visa est; quamobrem ille hisce remediis, indubitabilem vim diaphoreticam, primis viis liberatis, ad-

I 4.

scri-

Syr. papav. rh. aut Oxym. Scill. cum Syr. Alth., aut Crem. tart. c. Kerm. min. Pro potu erant Decoct. Hord. vel aven. c. succ. citr. aut ribes. Apparentis post evacuationes debilitatis causa, aliquot cochlearia vini rhenani aegrotis concedebantur, qui in genere mox cum sanitate in gratiam redibant, et rarius cortice indigebant, quum ebixir vitriol. Mynf., aut balsam H. par esset roborando ventriculo.

scribere haud veretur. Nulla ad venam  
 fecandam aderant indicia, nisi in illis,  
 qui ante morbi adventum congestiones  
 ad pectus, vel haemoptysin passi erant--  
 Catarrhi suffocativi cedebant largae ve-  
 nae sectioni, copioso nitri, insulique fl.  
 Chamom et tiliae theiformis usui, et  
 remediis derivantibus. In biliosis ca-  
 tarrhis fomes noxius protinus erat edu-  
 cendus; et cephalalgiae paene intolera-  
 biles, pluraque congestionis ad caput  
 indicia, phlebotomiam saepe indicabant;  
 qua instituta, emeticum plerumque ma-  
 lum penitus aufererat.

### §. LXI.

*Method. m. ill. WAGNERI.*

Morbum ill. VIR, signis colluvici bili-  
 osae adeo conspicuis, protinus eggre-  
 diebatur evacuantibus; et quidem emeti-  
 cis, si conatus vomendi, sapor amarus, lin-  
 gua impura adessent; laxantibus vero re-  
 frigerantibus, ut tamarindis, sale *Glauberi*,  
 man-



manna, Rheo utebatur, si tormina inte-  
 stinorum, lenis diarrhoea cum tenesmo,  
 cet., materiam inferiora versus turgere  
 indicarent. Quibus autem signis etiam  
 deficientibus, tamen fomitem biliosum  
 licet occultum adesse cel. WAGNER iudi-  
 cabat, quum in eiusmodi aegris,  
 laxantia abhorrentibus, pulveris e  
 crem. tart. nitro et sale ammon. mixti,  
 usum subsequerentur 5-6 die plerum-  
 que sapor amarus, vomendi conatus,  
 aut diarrhoeae. Magnis anxietatibus,  
 et congestionibus materiae ad pectus  
 opponebat pediluvia tepida, vesicato-  
 ria, et clysteres e ruta, veronica, sale  
 ammon. et oxymelle. Venaesectionem,  
 tanquam noxiam, numquam, ne in ma-  
 xime urgentibus quidem symptomati-  
 bus, concedebar. Evacuationibus per-  
 actis in usu pulveris e crem. tart. nitr.  
 et sal. amm. persistebar, et noctem ver-  
 sus alium e spec. diatragac. fr., sal. amm.,  
 glyzyrrh. et M. pil. de cynogloss. (gr. III.)

45

sua-

suadebat. Expectorationem mixtura  
promovebat, ex aqua hyssop., fl. sambuc., sale ammon., Extr. Enulae vel  
Glyzyrrh., Kerm. min., Syr. de ammo-  
niac., vel oxymelle simpl. composita;  
cui si lenis diarrhoea sustinenda esset, lo-  
co syrapi addebat gumm. ammoniaci  
Dr. II, in mucilagine gumm. arab. dis-  
solvendi. Tono pulmonum valde debi-  
litato, ad eiusmodi mixturas, loco aquar.  
destill., adhibebat decoctum C. Peruv:  
praeter ea infusum theiforme spec. pe-  
toral. c. fl. sambuc. et papav. rh. aut H.  
Alth., et pro potu ordinario decoctum  
hordei c. oxymelle sumi iubebat.

## §. LXII.

*Methodus m. cl. GALLISCH et LUDWIG.*

Sanitatem a morbo laesam optime  
restituiebant, observante cl. GALLISCH,  
quaecunque perspirationis suppressio-  
nem tollebant, et impuritates primarum  
viarum vel sursum vel deorsum educe-  
bant

bant : attamen nec spernanda erant dul-  
cia et alia expectorationem iuvantia,  
quum ex illarum intermissione peius se  
haberent aegri. Venae secundae rarissi-  
me erat locus. Sub morbi finem ad vi-  
res refocillandas egregia praestabat vi-  
num. -- Cl. LUDWIG aegris, qui sim-  
plici catarrho laborabant, suadebat ex-  
pectorantia, involventia, et diaphore-  
tica felicissimo cum eventu: qui vero  
simul impuritatibus in infimo ventre  
turgebant, maximam ex emeticis laxan-  
tibusque percipiebant utilitatem; quum  
e contrario, qui de iis liberius assumen-  
dis dubitabant, diutius a morbo detine-  
bantur. Qui vero eiusdem symptoma-  
ta inflammatoria experiebantur, ab iis  
methodus antiphlogistica erat adhiben-  
da. Malo penitus fere superato, robo-  
rantia et vini generosi haustus, admo-  
dum erant proficua.

§. LXIII.

## §. LXIII.

*Methodus m. ill. FRITZE.*

Aegris de ingrato sensu in cardia, nausea, saporeque amaro conquerentibus, vel quod pluribus eveniebat, sponte vomentibus, emeticum propinabat ill. VIR e R. Ipec. gr. xxv - xxx, tart. emet. grj; quibus vero molesta erat gravatoria pressio, tensioque circa umbilicum et pubis regionem, uti et stranguria aliqua, illos evacuabat manna, tamarindis, crem. tart. rheo. Quo facto, ut sudorem prorampentem, viresque adhuc superstites sustentaret, et vi tussis imminuta expectorationem promoveret, praescribebat Mixt. ex aqu. fl. Sambuc. Spirit. Minder. āa. Vnc. V. Sal. ammon. Dr. iß. Extr. liquirit. Vnc. ß. Oxym. scillit. Vnc. iß., cuius coch. iij. omni bihorio sumeret aeger.: vel pulverem componebat e. sulph. aur. antim. gr. ij. nitri antim. grx. Spec. diatragae

Sen.

Scr. j., qui quavis tertia hora repetendus erat. Interdum C. Peruv. miscebat c. sulph. aurato; aut illius Decocto adiciebat extr. liquir. et oxymel scill. Ut alimentis quoque morbum impugnaret, iubebat summi iuscula ex roob sambuci et succo dauci citrique; pro potu Decoct. hordei, uti quoque Infus. fl. sambuc. aut spec. pector. c. melle. Morbum, nisi lethiferum redderet, tamen prorogabat venaesectio, imprimis si post ea, absque primarum viarum evacuatione, remedia calida adhiberentur. Sic duo vivebat aegros, qui bilem, sedesque eidentes porraceas, intestinorum inflammatione moriebantur.

#### §. LXIV.

*Method. m. ill. BV CHOLE.*

Vt promoveret diaphoresin, lenibus remediis adhibitis adeo levantem, aegris lecto cubantibus propinabat ill. vir infusum C. Citri vel fl. sambuc., vel aquam



quam calidam succo citri et saccharo remixtam. Quam vero si spasmi peripherici impedirent, vehemensque tussis vexaret, cum infuso sumi iubebat linctus, e syr. dialth. Vnc. iij. elix pector. Wed. Dr. ij., Mixt. simpl. non rectific. Dr. iß. compositi, duo cochlearia parva omni bihorio. Horis 24 post, apparentibus primarum viarum sordibus, suadebat infusum tamarind., 5-6 sedes excitans, aut emeticum, si illae superiora versus turgerent. Dolores pleuritici, qui non inflammatoriae, sed rheumaticae erant indolis, non ferebant venaesectiorem, optime vero vesicatoria; qui si reverterent, aut febris non vergeret, iteranda erant evacuantia sub eodem regimine. Decrescente morbo, persistente vero tussi convulsiva, praescribebat. ill. vir R. Saleb. Drß., solvendam in mortario calido ab Aqu. foenic. Vnc. iij., quibus admiscebantur Vin. emet. Huxh. Dr. iij. Laud. liqu. Syd, Dr. j.

cu.

cuius mixturae cochlear parvum aegri saepius capiebant. Qui morbum male vilipendentes, inciderant in febram hecticam, cum pulso parvo, sudoribus nocturnis, tussi sicca, appetitu deficiente, viribus prostratis, illi horis antemeridianis assumebant C. Peruv. Dr. iß; et h. 5. pomeridiana, uti et h. ii., pulverem ex grij. Jpecac., sacch. grx.; et pro potu inferviebant partes 2. Lactis, p. i. aqu. calcis: reliqua rebus circumstantibus erant accommodata.

### §. LXV.

*Method. m. cel. STARKE.*

Morbus noster curandus videbatur cel. STARKIO diaphoreticis, et remediis primas vias evacuantibus, ea vero ratione, ut naturae molimina semper prosequeretur; numquam autem penitus negligeret medicamina roborantia, licet calor magnus et dolores pleuritici adesse viderentur; quorum causa quoque nec venaesectioem instituebat, nisi graves

ves



ves haemoptyses id poscerent. Prae-  
 missis evacuantibus egregium effectum  
 edebat mixtura, ex aqu. foenic. Cinnam.  
 aa. Vnc. ij. nitr. pur. Dr. j. Spir. nitr.  
 dulc. Dr. iß. Syr. acetos. Citr. Vnc. j.,  
 parata, cui adiungebat Inf. fl. Sambuc.  
 vel Chamom. vel Sem. foenicul. Sym-  
 ptomatibus nimis urgentibus oppone-  
 bat remedia mucilaginoso cum opiatis  
 copulata. Senibus cochlear vini unum  
 vel alterum plus saepe proderat, qua-  
 vis alia medicina utut efficaci; plures-  
 que servabat. Morbo cuius complicata  
 obviam ibat cel. vir ea ratione, quam  
 illius natura peculiaris poscere videba-  
 tur; interim in metastasibus fere omni-  
 bus opem ferebat mixtura ex aqu. fl.  
 arnic. Vnc. iij. Extr. Valerian. Tarax. aa.  
 Dr. ij. Extr. Aconit. hyemal. Dr. ß.  
 Tart. vitriol. Dr. iß. Syr. diacod. Vnc. i.  
 composita, cujus quavis 2a - 3a. b. coch-  
 leare magnum propinabat. Non raro  
 curationem terminabat evacuans re-  
 medium.

§. LXVI.



§. LXVI.

*Methodus m. cel. MARKARDI, et MEIERI.*

Plurimi, (in quibus rara erat indicatio ad emetica), bene se habebant in usu remedium refrigerantium et laxantium, quibuscum iungendus erat potus copiosus blandus atque egelidus; e. gr. Decoct. hordei cum crem. tartar., vel oxymelle simpl; Inf. theif. Sambuci; cet. Derivandi scopo conducebant clysteres, et pediluvia. In morbo prorogato, qui interdum 3 hebdomades et amplius absque bilioso fomite persistebat, egregium effectum observabat cel. MARC ARDVS a laxante interposito, quod tussim minuebat; tandemque diaphoresis optimo cum eventu medicaminibus promovebatur. -- Cl. MEIERVS, cui sedes mali in primis viis quaerenda videbatur, praescribebat solutionem tart. emet. (griv. in aquae Vnc. iv.) oxym. scill. Vnc. ꝑ. remixtam, quae, cochleatim ad

K

de



desideratum usque effectum assumta, illas sursum atque deorsum evacuabat: quo facto sanitas brevi tempore redibat. Tussim autem vehementiorem trochiscis, e fl. sulphur. Vnc. j. sacch. Vnc. iij., pulv. R. Liquir. Dr. ij., mucil. gumm. tragacanth. c. aqu. rosar. suffic. quantitate, paratis debellabat.

### §. LXVII.

*Method. cl. MOLLERI -- MATTHAEI.*

Qui morbum levissimum patiebantur (§. xxxiii), observata diaeta vegetabili, regimineque convenienti, sudori favente, 4<sup>o</sup>. plerumque die sponte natura liberabantur, aut ad summum potu calido, oxymelle remixto, utebantur. In secundo, vehementiorique morbi gradu, a remediis, quae in illo profuerant, non solum nihil auxilii, sed potius damni multum percipiebant; sed conducebant laxantia repetita, quae sub initium procrastinata, serius quidem febrem

brem

brem minuebant; tussis vero tunc quibuscunque remediis diu resistebat pertinacissime. -- Ultimus isque pessimus morbi gradus, in quo dolores pleuritici adeo vehementes, et tussis fere inanis molestissima, aderant, emeticum requirebat, dolores minuens, expectorationem adiuuans; laxantia non sufficiebant; venesectionem vero cl. VIR non in usum vocabat. Repetendo emetico saepe erat locus, si cito aegrum curare animus esset: expectorantia et sopientia medicamenta plus damni, quam commodi afferebant; sed praestans erat tartarus emet., resolvendi quoque scopo adhibitus. -- Cl. MATTHAEI in unico solum casu, quo pleuritis instabat, venam secari iusserat; plurimis vero sub initium propinabat pulveres e Rheo et crem. tart.: postea utebatur solutione Extr. C. B. in tinct. Rhei aquos. cum spir. nitr. dulc. remixta; tandem Mixt. simpl. off. ord., syru-



po quodam temperata. Pro potu erat Decoct. hordei aut avenae, spiritu vitrioli acidulatum.

### §. LXVIII.

*Methodus ill.* KRYSE.

Febris catarrhalis nostrae curationem non, ut in sueta moris est, sudoriferis, (quae praesertim in initio data, illam pertinaciorum reddebant;) sed lenibus evacuantibus ill. VIR suscipiebat. Quem in finem salia media, in aqua soluta, cum oxymelle simplici temperabat; non raro etiam, indicis ita iubentibus, emeticum suadebat. A vena secanda semper desistebat; quae etiam in vehementibus doloribus colicis aperta, mox iterum erat obturanda, partim quia sanguis sponte fluere desineret, partim quia pulsus adeo parvus redderetur, ut digito vix explorari posset: e contrario vero in hoc quoque gravi casu conducebant evacuantia, (quibus  
ad

adhibitis multa bilis copia saepe evome-  
batur;) imprimis si loco dolenti vesi-  
catorium applicaretur, quod diutius a-  
pertum erat servandum.

### §. LXIX.

*Method. m. ill.* BALDINGERI.

III. BALDINGERVS catarrhum no-  
strum epidemicum biliosis quoque an-  
numerat, atque ex huiusmodi fomite, in-  
gentem quoque virium prostrationem,  
anginam spasticam, et tussim convulsi-  
vam derivat. Quibus inde formatis indi-  
cationibus superstruebat curationem, ar-  
tis principiis maxime conformem, et o-  
ptimo successu coronatam. Ex primis  
enim viis educebat colluviem biliosam  
lenibus laxantibus, iisque repetitis; ut  
sals. Glaub. aliisque salibus mediis; cre-  
mor. tart., tinct. rhei; aut pro re nata,  
sordibus nimirum superiora versus tur-  
gentibus, emeticis utebatur. Pro potu  
erat Dec. herd. vel aven. cum oxymel-

K 3

les

le; cet. et morbo penitus fere profligato, aqua Selterana: pediluvia vero vim derivantem et relaxantem egregiam exferebant. Dulcia sic dicta expectorantia, uti numquam, sic neque in nostro malo adhibebat; nec tussim convulsivam, morbo superato adhuc superstitem, phthisin accersere observabat.

### §. LXX.

*Methodus m. ill. SPIRENSII; -- et grav.*

*Præcisus.*

Epidemiam nostram ea, qua solet, mentis acie eximia observans ill. BEIREIS, animadvertēbat, morbum quibuscunque evacuationibus promolis facile cedere, imprimis si mucī ex pectore eiectionem prorinus faciliorem et copiosiores redderet; quo facto tussim illico minueret. Vfus est præcipuis mixturis dia-  
pnoicis c. spir. nitri dulci aut liqu. anod. m. H.; saccharo lactis, largiori dosi; spec. pectoral.; Diacodio Mont., sub initium  
oxym.

oxym. scillit. remixto, post ea per se ad-  
hibito. Fomitis biliosi aperta rarius ad-  
erant indicia; nihilominus evacuantia  
lenia, uti Rheum, tamarind. c. manna,  
cet., interdum emetica, praescribemat:  
debilitati superstiti medebatur C. Peruv.-  
Cel. PRAESES illis, qui in febre catarrh.  
simpl. medicamenta desiderabant, Mix-  
turas ex aqu. fl. Samb., cerasor. n., tart.  
tartaris., nitr., Liqu. a.m. H., vel spir. nitr.  
dulc. c. Syr. rub. id., rel., et Dct. hord.  
c. crem. tart. et melle, praescribemat.  
Qui vero quoque de doloribus velut  
pleuriticis conquerebantur, illos (memor  
effati SYDENH. et GRANTII, epidemi-  
as praesentes praeteritae naturam adhuc  
quodam modo participare;) Infus. tama-  
rind. c. manna assumere iubebat. Quo fa-  
cto pulverem propinabat e crem. tartar.,  
nitro, et R. Glycirrh: cui ad mucii ex pe-  
ctore eiectionem promptiorem, adiunge-  
bat oxym. scill., Infus. spec. pect., et Dct.

K 4

hord.



hord. c. oxymelle, aut acido vitrioli, saccharo temperato, et ad gratam aciditatem adiecto. Quibus si morbi vis, dolores, aestus, cedere recusarent, atque expectoratio haesitaret, applicari curabat fomentationes abdominis, ope pannorum madentium; aut, rebus sinistrioribus, vesicatoria loco dolenti; et praescribebat acidum vitrioli, syrapi sextuplo dilutum, cochleatim sumendum; et Kermin. gri-ii. subinde cum Syr. Alth. *Fer-vel* deglutiendum: venaesectio autem illi non nisi unica vice indicata videbatur. Quod si vero colluviei biliosae manifesta adessent indicia, praemisso pulvere e crem. tart. nitr. et Glyc., pro re nata aut emeticum adhibebat, aut laxans tamar, aut solutionem sal. *Glaub.* c. crem. tart. quae ut plurimum repetenda erant: quae ratione evacuatis primis viis, locus erat ceteris iam nominatis, indicationi conformibus, remediis; quibus sub finem e-

rat





rat adhiendus C. Peruv., varia ratio-  
ne adhibitus.

## §. LXX.

*Methodus m. cel. LICHTENSTEINII.*

Mitissima morbi indoles nihil posce-  
bat, nisi diluentia et diapnoica; quem  
in finem multi, cubitum ituri, assumebant  
roob sambuci cum cerevisia calida; qua  
ratione plures quoque morbum avertis-  
se sibi visi sunt. Deficiente vero cibo-  
rum appetentia, et vexante nausea, sa-  
poreque amaro, cl. vir tart. emet. ad-  
hibebat, et ad minuendam febrem, iula-  
pium c. nitro et vitrioli spir. praebebat;  
qui quoque Deco. hord. admixtus, minus  
tuffim excitabat, quam volatilius ace-  
rum. Transpirationis promovendae  
caussa, quam inprimis natura moliri vi-  
debatur, dabat camphoram, remediis  
diluentibus et demulcentibus, e. gr.  
gumm. arab. Glyzirrh., nitr. remix.  
tam; quibus, in vehementi tussi et pe-

K 5

eto.



ctore oppleto, Kerm. min. addebat; a syrapiis pectoralibus exiguum usum percipiens. Sub morbum, a sudoribus criticis decrefcentem, valde proficuum erat lene laxans, quod sub initium cl. viro illum non allevare visum est; sed tunc modo profuturum, si, nausea dissipata, incommoda varia, tensioque abdominis adessent. In viribus prostratis refocillandis, C. Per. optimum exerebat effectum, cuius Extr. prius, post ea pulvis in usum vocabatur; qua in re mutuam operam dabant insimulque tussim plane fugebant aqua Selt., lacte remixta; aut huius serum, herb. amarar. succo expresso coniunctum; aut tandem acidula Pyrmont. -- Vnicam modo materiae morbificae metastasin cl. vir observabat; et quidem in pedem, gravi vulneratione multisque affectibus phlegmonoideis antea iam debilitatum, qui suo morbi die phlegmo-  
 ne,

ne, uti videbatur, vulgari affectus, 4 diebus post, optimis remediis frustra adhibitis, ad rupturam fere intumuerat, et ex nimia inflammatione ater apparebat. Vena secta, et fomentationes ex tepido oxygalo, malum allevabant quidem, sed modo 8 diebus post pus copiosissimum poterat emitti, quod interstitium a poplite ad malleolum occupaverat; qua de causa viribus fractis, vulnus omni licet adhibita cura, ante quintum mensem minime poterat in totum consolidari.

### §. LXXI.

*Methodus m. cl. DEHNE.*

Diaphorescos promovendae causa  
cl. VIR praescribebat remedia diapnoica,  
e. gr. aqu. fl. samb. Vnc. viij., conch.  
aceto satur., pulv. gumm. arab. aa. Dr.  
iij. nitr. dep. Dr. ij., Sp. nitr. dulc. Dr.  
iſ. Syr. Dialth. vel Diacod. Mont. Vnc.  
j.: aut loco concharum, si obstructio al-

vi

vi adesset, Magnes. alb., vel terr. foliat.  
 tart., vel tart. tartarif. addebat. Hisdem  
 ex salibus pulveres parabat, adiectis R.  
 Liquir. gumm. arab., sacch. lactis, fl.  
 sulphur. Sem. anif. Pro potu erat Dec.  
 hord. vel aven. aut Infus. spect. pector.  
 c. fl. papav. rh. aut primul. veris, sac-  
 charo lactis edulcorandum. Expecto-  
 rationem torpidam promovebat oxym.  
 scill.; aut linctu, (e gumm. ammon., in  
 aceto scill. soluto,) aqu. foenic. gumm.  
 arab. et Syr. Alth., composito; et tus-  
 sim convulsivam compecebat Syr. Di-  
 alth., Diacod. Mont., Past. Alth., Succ.  
 Liquir., cet. In haemoptoicis confugie-  
 bat ad venae sectionem, non raro repe-  
 tendam, cui detracto sanguini inerat  
 crusta inflammatoria; illa vero instituta,  
 nonnullis ipecacuanham porrigebat;  
 (quod etiam in illis factum est, qui de  
 sapore amaro, nausea continua, vomen-  
 di conatibus conquerebantur;) in aliis  
 mox laxantia, mann. c. salibus, tamar.,  
 crem.

crem. tart. adhibenda erant, quibus in-  
 terdam cl. vir praemittebat pulveres,  
 e crem. tart. et magnes. alb. In nimio  
 aestu eximium effectum ab acido vitrio-  
 li, syrup. papav. rh. remixto, observa-  
 bat. - - In affectibus pleuriticis saepe  
 venaesectione opus erat; qua facta pro-  
 pinabat pulverem e R. Senegae, nitri,  
 gumm. arab. aa. Dr. j., cuius quavis vice  
 partem sextam assumi iubebat; eique  
 non raro camphorae gri-ii. addebat.  
 Suadebat simul Emuls. e Sem. papav.  
 albi, gumm. arab., nitro, sacch. lact, Ma-  
 gnes. alba, Syr. Dialth., vel pap. alb. vel  
 Diacod. Mont.; eique subinde campho-  
 ram, Infuso vero pector. fl. arnicae,  
 subiungebat: applicari quoque curabat  
 fomentationes ope pannorum maden-  
 tium. Morbo fracto quidem, supersti-  
 te vero rufficula, febreque lenta, viri-  
 umque debilitate, praescribebat Dct.  
 Vnc. viij., paratum e. C. Per. Vnc. i. Musc.  
 Island. Vnc. ʒʒ. R. liquir. Dr. ij., nitri vel  
L sal

sal. ammon. Dr. j. Syr. Dialth. aut Dia-  
cod. M. Vnc. j.: vel pulv. e C. Per., salo  
ammon. et sacch. lactis: vel Elix. viscer.  
H. c. Extr. C. Per., Liqu. terr. fol. tart.,  
aut tart., tartaris, spir. nitr. dulc., vel  
liqu. anod. m. H.

### §. LXXII.

#### *Methodus m. cel. DU ROI.*

Perspirationis adauctae egregiam in  
hoc morbo utilitatem cel. vir quoque  
expertus est; qua nimirum excitata, ae-  
gri inprimis in nosocomio militari de-  
renti, paucis diebus, absque ullo ma-  
lo consequente, sanitati restituebantur.  
Quem in finem usurpabat mixturam  
ex aqu. simpl. Vnc. viij. Sal. ammon.  
Scrup. iv., Spir. nitr. dulc. Dr. ij., cam-  
phor. c. mucilag. Gumm. arab. subact.  
Scr. j., oxym. scill. Vnc. iß., cuius Vnc. j.  
omni altera hora assumebant aegri: po-  
tus erat aqua, vini aceto imbuta. Tus-  
sim siccam remanentem tollebat oxym.  
scil-

scillit. c. Syr. Eryf. s. aa. Vnc. j. Liqu. tart.  
tartaris. vel ferr. fol. tart. Vnc. ℥., cuius  
dosis, quavis n-iii h., erant cochl. ij.  
parva. Sanationem perficiebat lene re-  
medium laxans; tandem, roboris resti-  
tuendi causa, elixirium amarum.

### §. LXXIII.

*Methodus m. cel. HERZII -- HSYMII.*

In catarrho ad pectus, febreque sim-  
plici catarrhali, (cf. §. xxxix.) tussi for-  
riori, et pectoris doloribus exquisitis,  
venam secari, interdum plus vice sim-  
plici cl. vir iubebat; quo facto resol-  
ventia et demulcentia, e. gr. pulv., e part.  
ij. tart. tartaris, et sacch. Lact., et p. ℥.  
Spec. diatragac. parati, Dr. j. quavis 3-  
4 h., et pro potu Infus. fl. sambuci et  
papav. rhoead. c. succo citri, aegris  
praebebat; praeterea quavis vesperi ap-  
plicabantur clysteres demulcentes; sed  
remedia laxantia in toto morbi decursu  
indicata et HERZIO haud videbantur.

L 2

Per-



Peracta crisi debiliores indigebant adhuc extractis amaris, aut C. Peruv. - - In febre catarrhali biliosa, in primis 2-4 morbi diebus, suadebat emetica et laxantia antiphlogistica; (interdum quoque venaesectionem) et spiritum vitrioli, cum syrupo citri aut simili remixtum. In conatu vomendi, et spontaneo vomitu sufficiebant Ipecac. gr. xxx - xl.; sed hoc casu excepto, magis conducebat tart. emet., a gr. iß - ij. datus; qua ratione excitata evacuatione sufficienti, utendum erat Inf. tamar. c. crem. tart., vel tinct. rhei cum sale ammon. ea in dosi, quae 3 - 4. sedes quotidie moveret; nec intermittenda erat vesperam versus clysteris demulcentis iniection. Quibus 7 - 8 dierum spatio adhibitis, morbi vi valde imminuta, ut naturam in moliminibus criticis suffulciret cl. vir, iulapia analeptica et potus acidulatos in usum vocabat; quo facto crisis d. 11<sup>o</sup> - 14<sup>o</sup> inferebatur; ita ut quod deesset integrae; sani-



sanitati, roborantia perfici possent. - cl. HEYM illis, qui de affectibus biliosis, nausea, sapore amaro conquerebantur, praemissis aliquot crem. tart. dosibus, emeticum praescribebat. Ceteris sufficiebat solutio salium resolventium, (ut sal. ammon., tart. vitriol., rel.;) Inf. theifor. Samb., Dct. Hord. et similia. In pluribus dolor membrorum, inprimis quoque occipitis, rheumaticus non ce-  
debat, nisi camphorae. Qua ratione morbus, promota diaphoresi et expectoratione iam fractus, plane prosternebatur Extr. amaris cum salibus remixtis; quum nonnisi senes C. Per. indigerent.

§. LXXIV.

*Methodus m. cl. TOPPII--MÜLLERI--  
MÜMLERI.*

In epidemiae initio cl. TOPP praescribebat mixtur. ex aqu. simplic. Vnc. viij., oxymell. simpl. Vnc. ℥. Crem. tart. Dr. iij. Palp. Tamar. ℥. Ligu. anod. m.



H. vel spir. nitr. dulc. Dr. iß. Syr. citri,  
 vel rub. id., Vnc. j.; alvumque redde-  
 bat liberioram. Quibus per aliquod  
 tempus adhibitis, Serum lactis, aut aqu.  
 Selt. suadebat; sub finem vero C. Per.  
 Quam autem in epidemiae progressu  
 colluvies biliosa illi associaretur; eme-  
 ticis liberalius, felicique cum eventu,  
 in omnibus fere usus est. - Cl. MÜL-  
 LER feбри catarrhali et rheumaticae op-  
 ponebat Inf. tamar. c. oxym. f., sacch.  
 lact. et nitr.; et Det. aven. c. Liquir.; rus-  
 si vero superstiti, pulverem e crem. tart.,  
 sacch. lact. et R. Liquir.; et aquam Selt.  
 e. lacte capr. Si illi vero accederent  
 dolores pleuritici, semel aut bis venam  
 fecari iubebat. - Manifestis autem fo-  
 mitis biliosi signis curationem exordie-  
 batur emeticum; postea in plurimis ne-  
 cessariae erant potiones laxantes, e. gr.  
 Inf. lax. Mannag. c. tart. tartaris, ad fe-  
 bris plenariam fugam continendum:  
 pro

pro potu erat Dct. hord. cum spir. vitriol., syr. viol. remixto. Morbo in catarrhum converso, cl. MÜLLER propinabat Dct. C.P. et specier: pectoral., cuius, et in aquae Selt. usu, perstabat usque ad integrum valetudinis prosperae reditum. -- De ratione, qua cl. MÜLLER morbum nostrum expugnabat, non est, quod multis referam, quum ex asse fere similis sit illi, quam cel. DEHNZ est profequutus.

### §. LXXV.

#### *Conclusio.*

Quaecunque nobis de varia, qua morbus nostro epidemicus oppugnetur, ratione a cel. VIRIS inita, innotuerint, nunc habetis L. B. Nostrarum partium haud est, qui iudices sedeamus de methodo, quae ceteris palmam praeripiat; tyro enim nonnisi tyronibus praecipere potest: qui vero optimis in re medica iannutrii doctrinis, nobis



nobis non monentibus censebunt, ea  
 quae ab excellentibus praeceptoribus,  
 hanc Iuliam Carolinam exornantibus,  
 sunt proposita, praestare caeteris. Quae  
 quum ita sint, finem imponimus libello  
 academico; quem tenuem licet, Vobis

L. B. de meliori sumus  
 commendaturi.







Pat. n. 1361

